



RITUALE

ROMANUM

USIBUS DIOECESEOS LABACENSIS
ACCOMMODATUM

AUCTORITATE ET JUSSU REVERENDIS-
SIMI, AC ILLUSTRISSIMI DOMINI DOMINI
ANTONII EPISCOPI LABACENSIS.



J. Jochowicz

Labaci,

Typis Joannis Retzer 1808.

RETURN
NO. 1000

63300



IN=030006886

Omnibus per diœcesim noſtram
paſtoribus animarum ſalutem in
Domino !

Libro hoc exhibemus veſtris, fratres
chariſſimi ! commodis, & fidelium ſaluti
ritus antiquitate, SS. Patrum decretis,
Eccleſiæ Romanæ uſu conſecratos. Mul-
ta ſunt, quæ ſuadent illius Eccleſiæ,
omnium eccleſiarum matris, & magiſtræ,
in Sacramentorum adminiſtratione, aliis-
que functionibus eccleſiaſticis cæremoni-
as amplecti. Quare iis duntaxat præ-
termiſſis, quæ vel ad uſum præſentem
non jam pertinent, aut ex theologiæ
paſtoralis præceptionibus repetenda
ſunt, reliqua maxima ex parte eodem,
ac in Rituali Romano, a nobis poſita
ſunt ordine, verbis iisdem; niſi quod
germanice, & carniolice rēddita ſint
quædam eo conſilio, ut patrio idio-

mate coram latinæ linguæ ignaris ad attentionem, sensumque pietatis acendum proferantur.

Præcipimus igitur gravissime, ut omnes, & singuli, qui in diœcesi nostra curam animarum geritis, in posterum nonnisi ad hujus libri præscriptum sacras præter liturgiam functiones peragatis.

Hæc sit norma ad consummationem Sanctorum in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi, quam eo religiosius observari volumus, quo majoris momenti est monitum Apostoli, ut omnia divinum cultum concernentia honeste & secundum ordinem fiant.

*Ex Residentia Nostra Episcopali
Labaci die 1ma mensis Februarii 1808.*

A N T O N I U S
Episcopus.

D E

SACRAMENTO

BAPTISMI.

Cum baptismi Sacramentum administrandum est, hæc in promptu esse debent:

Vascula sacri olei catechumenorum & chrismatis. Vasculum cum sale benedicendo vel jam benedicto. Vasculum ad aquam baptismi fundendam supra caput baptizandi. Pelvis ad excipiendam aquam ex capite defluentem, nisi statim in sacrarium defluat. Gossipium, seu quidsimile, ad abstergenda loca sacris oleis inuncta. Stoleæ duæ, ubi commode haberi possunt, una violacea, & altera alba, ut infra notatur, mutanda;

sin

sin minus , una saltem adbibeat. Medulla panis , qua inuncti sacerdotis digiti , cum manus lavat , abstergantur , & vas pro manuum lotionem post baptismum. Alba vestis in modum pallioli , seu linteolum candidum infantis capiti imponendum. Cereus , seu candela cerea baptizato ardens tradenda. Hic denique ritualis liber sit paratus , & item liber baptismalis , in quo baptizati describantur. Omnibus opportune preparatis , sacerdos ad tanti sacramenti administrationem , lotis manibus , superpelliceo , & stola violacea indutus accedat ad limen ecclesie , ubi foris expectant , qui infantem detulerunt. His expeditis , & accepto nomine baptizandi positi , si infans fuerit , super brachium dextrum illius , qui eum defert , parochus ad baptismum procedat , in hunc modum nominatim interrogans :

OR-

Ordo Baptismi Parvulorum.

1. N. Quid petis ab Ecclesia Dei?

R. Was verlangst du von der Kirche Gottes?

N. Kaj shelish od zerkve boshje?

Patrinus respondet: Fidem.

Den Glauben.

Vero.

Sacerdos. Fides quid tibi præstat?

Was wirkt der Glaube?

Kaj da vera?

Patrinus: Vitam æternam.

Das ewige Leben.

Vezhnu shivlenje.

2. *Sacerdos.* Si igitur vis ad vitam ingredi, serva mandata: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & proximum tuum sicut te ipsum.

Wenn

Wenn du demnach zum Leben eingehen willst, so halt die Gebothe: Du sollst Gott deinen Herrn aus deinem ganzen Herzen, aus deiner ganzen Seele, und aus deinem ganzen Gemütthe lieben; deinen Nächsten aber wie dich selbst.

Aku pak hozhefh k' shivlenju noter jiti, dershi sapovedi: Ti imash lubiti Gospoda tvojga Boga is zeliga tvojga serza, is zele tvoje dushe, inu is zele tvoje misli; tvojga blishniga pak kakor sam sebe.

3. *Deinde ter exsufflet leniter in faciem infantis, & dicat semel:*

Exi ab eo, (vel ab ea) immunde spiritus, & da locum spiritui sancto paraclyto.

4. *Postea pollice faciat signum crucis in fronte,
& in pectore infantis dicens:*

Accipe signum crucis tam in fronte †, quam in pectore †; sume fidem cœlestium præceptorum, & talis esto moribus, ut templum Dei jam esse possis.

Empfang das Zeichen des Kreuzes sowohl auf der Stirne †, als auf der Brust †; nimm damit den Glauben an das göttliche Gesetz, und solche Sitten an, daß du von nun an der Tempel Gottes seyn mögest.

Prejmi snaminje krisha na zheli †, inu na persih †; vsami s' njm vero boshjih postav, inu shivi taku, de bosh od doshe mal boshji tempel biti samogil.

O R E M U S.

Preces nostras, quæsumus Domine, clementer exaudi: & hunc electum
tuum

tuum N. crucis dominicæ impressione signatum perpetua virtute custodi; ut magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta servans per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

5. *Deinde imponat manum super caput infantis, ac dicat:*

O R E M U S.

Omnipotens sempiterne Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, respicere dignare super hunc famulum N. quem ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnem cæcitatem cordis ab eo expelle: dirumpe omnes laqueos Satanae, quibus fuerat colligatus: aperi ei Domine januam pietatis tuæ, ut
 signo

figno sapientiæ tuæ imbutus omnium cupiditatum fœtoribus careat, & ad suavem odorem præceptorum tuorum lætus tibi in ecclesia tua deserviat, & proficiat de die in diem. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

6. *Deinde sacerdos benedicat sal, quod semel benedictum alias ad eundem usum deservire potest.*

BENEDICTIO SALIS.

Exorcizo te creaturâ salis in nomine Dei Patris omnipotentis †, & in charitate Domini nostri Jesu Christi †, & in virtute Spiritus Sancti †. Exorcizo te per Deum vivum †, per Deum verum †, per Deum Sanctum †, per Deum †, qui te ad tutelam humani generis procreavit, & populo venienti ad credulitatem per servos suos consecrari

secrari præcepit, ut in nomine sanctæ Trinitatis efficiaris salutare sacramentum ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te Domine Deus noster, ut hanc creaturam salis sanctificando sanctifices †, & benedicendo benedicas †, ut fiat omnibus accipientibus perfecta medicina, permanens in visceribus eorum, in nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. **R.** Amen.

7. *Deinde immittat modicum salis benedicti in os infantis, dicens:*

N. Accipe sal sapientiæ: propitiatio sit tibi in vitam æternam. **R.** Amen.

N. Nimm das Salz der Weisheit hin: dieß diene dir zur Versöhnung für das ewige Leben. **A.** Amen.

N. Vsami sol modrofti; ta naj bo te-
bi k' spravi sa vezhnu shivlenje.
O. Amen.

Sacerdos. Pax tecum.

R. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Deus Patrum nostrorum, Deus uni-
versæ conditor creaturæ, te supplices
exoramus, ut hunc famulum tuum N.
respicere digneris propitius, & hoc
primum pabulum falis gustantem, non
diutius esurire permittas, quo minus
cibo expleatur cœlesti, quatenus sit
semper spiritu fervens, spe gaudens,
tuo semper nomini serviens. Perduc
eum Domine, quæsumus, ad novæ
regenerationis lavacrum, ut cum fide-
libus tuis promissionum tuarum æterna
præmia consequi mereatur. Per Chri-
stum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Exor.

Exorcizo te immunde spiritus, in nomine Patris †, & Filii †, & Spiritus sancti †, ut exeas, & recedas ab hoc famulo Dei N. Ipse enim tibi imperat, maledicte, damnate, qui pedibus super mare ambulavit, & Petro mergenti dexteram porrexit.

Ergo maledicte diabole, recognosce sententiam tuam, & da honorem Deo vivo, & vero, da honorem Jesu Christo Filio ejus, & Spiritui sancto, & recede ab hoc famulo Dei N. quia istum sibi Deus, & Dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam, & benedictionem, fontemque baptismatis vocare dignatus est.

8. *Hic pollice in fronte signat infantem, dicens :*

Et

Et hoc signum sanctæ Crucis †, quod nos fronti ejus damus, tu maledicte diabole, nunquam audeas violare. Per eundem Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

9. *Mox imponit manum super caput infantis & dicit:*

O R E M U S.

Æternam ac justissimam pietatem tuam deprecor, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, auctor luminis, & veritatis, super hunc famulum tuum *N.* ut digneris illum illuminare lumine intelligentiæ tuæ: munda eum, & sanctifica; da ei scientiam veram, ut dignus gratia Baptismi tui effectus, teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

10. *Postea sacerdos imponit extremam partem stolæ super infantem, & introducit eum in Ecclesiam dicens:*

N. Ingredere in templum Dei, ut habeas partem cum Christo in vitam æternam. *R.* Amen.

R. Geh in die Kirche Gottes ein, damit du mit Christo an dem ewigen Leben Theil nimmest. *A.* Amen.

N. Pojdi v' zerku boshjo, de bosli s' Kristusam vezhniga shivlenja deileshen. O. Amen.

11. *Cum fuerint ecclesiam ingressi, sacerdos procedens ad fontem cum susceptoribus conjunctim clara voce dicit:*

Credo in Deum, Patrem omnipotentem, creatorem cœli, & terræ. Et
in

in Jesum Christum, Filium ejus unicum, Dominum nostrum: qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria Virgine: passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus, descendit ad inferos: tertia die resurrexit a mortuis: ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus est judicare vivos & mortuos. Credo in spiritum sanctum: sanctam ecclesiam catholicam: sanctorum communionem: remissionem peccatorum: carnis resurrectionem, & vitam æternam. Amen.

Ich glaube an Gott den Vater, allmächtigen Schöpfer Himmels, und der Erde. Und an Jesum Christum seinen eingebornen Sohn, unsern Herrn. Der empfangen ist von dem heiligen Geiste, geboren aus Maria der Jungfrau. Gelitten unter Ponzio Pilato, gekreuziget, gestorben, und begraben. Ab-

gestiegen zu der Hölle, am dritten Tage wieder auferstanden von den Todten. Aufgefahren in den Himmel, sitzt zu der rechten Hand Gottes, des allmächtigen Vaters. Von dannen er kommen wird zu richten die Lebendigen, und die Todten. Ich glaube an den heiligen Geist. Eine heilige allgemeine christliche Kirche. Gemeinschaft der Heiligen. Ablass der Sünden. Auferstehung des Fleisches. Und ein ewiges Leben. Amen.

Verujem v' Boga Ozheta usigamogozhniga, stvarnika nebess inu semle. Iuu, v' Jesufa Kristusa syna njega ediniga, Golpoda nashiga: kateri je spozhet od svetiga duha, rojen is Marie Divize: Terpel pod Ponziam Pilatusham, krishan bil, vmerl, inu v' grob poloshen: Doli je shal k' peklam, tretji dan od mertvih vstal: Gori je shal v' nebeifa, sedy na desnizi Boga Ozheta vsiga mogozhniga: Od ondod bo pri-
shal

šhal fodit shive, inu mertve. Verujem v' svetiga Duha: Eno sveto katolšhko Zerku: Gmajno svetnikou: Odupšhanje grehou: Vstajanje melsa, inu vezhnu shivlenje. Amen.

Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: & dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem: sed libera nos a malo. Amen.

Water unser, der du bist in dem Himmel: Geheiliget werde dein Name. Zukomme uns dein Reich. Dein Wille geschehe wie im Himmel, also auch auf Erden. Gib uns heut unser tägliches Brod. Und vergieb uns unsere

Schulden, als auch wir vergeben unsern Schuldigern: Und führe uns nicht in Versuchung; Sondern erlöse uns von dem Uebel. Amen.

Ozhe nash, kateri si v' nebesih. Posvezbenu bodi tvoje ime. Pridi k' nam tvoje krajlestvu. Sgodi se tvoja vola, kakor v' nebesih, taku na semli. Daj nam danas nash vsakdani kruh. Inu odpusti nam nashe dolge, kakor tudi my odpushamo nashim dolshnikam. Inu nash ne upeli v' skushnavo. Temuzh nash reshi od hudiga. Amen.

12. *Ac deinde, antequam accedat ad Baptistarium, dicat:*

EXORCISMUS.

Exorcizo te, omnis spiritus immunde in nomine Dei Patris omnipotentis †, & in nomine Jesu Christi Fi-

lii ejus, Domini, & Judicis nostri †, & in virtute spiritus sancti †, ut discendas ab hoc plasmate Dei *N.* quod Dominus noster ad templum sanctum suum vocare dignatus est, ut fiat templum Dei vivi, & spiritus sanctus habitet in eo. Per eundem Christum Dominum nostrum, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. *R.* Amen.

13. *Postea sacerdos digito accipiat de saliva oris sui, & tangat aures, & nares infantis: tangendo vero aurem dexteram, & sinistram, dicat:*

Epheta, quod est, Adaperire: *deinde tangit nares, dicens: in odorem suavitatis. Tu autem effugare diabole; appropinquabit enim judicium Dei.*

14. *Postea interrogat baptizandum nominatim, dicens :*

N. Abrenuntias Satanæ?

N. Widersagst du dem Teufel?

N. Se odpovešh hudizhu?

Patrinus: Abrenuntio.

Ich widersage.

Se odpovem.

Sac. Et omnibus operibus ejus?

Und allen seinen Werken?

Inu vsimu njegovimu djanju?

Patr. Abrenuntio.

Ich widersage.

Se odpovem.

Sac. Et omnibus pompis ejus?

Und aller seiner Hoffahrt?

Inu vsimu njegovimu napuhu?

Patr. Abrenuntio.

Ich widersage.

Se odpovem.

15. *Deinde sacerdos intingit pollicem in oleo Catechumenorum, & infantem ungit in pectore, & inter scapulas in modum crucis dicens :*

Ego te linio † oleo salutis in Christo Jesu Domino nostro, ut habeas vitam æternam. *R.* Amen.

Ich salbe dich mit dem Oehle † des Heils in Christo Jesu unserm Herrn, damit du das ewige Leben habest. *A.* Amen.

Ješt te pomashem s' oljam isvelizhanja v' Jesusu Kristusu, de ti vezhau shivlenje imash. *O.* Amen.

16. *Hic deponit stolam violaceam, & sumit aliam albi coloris.*

17. *Subinde pollicem, & inuncta loca abstergit bombacio, vel re finiti, & interro-*
gut

*gat expresso nomine baptizandum, Patri-
no respondente.*

N. Credis in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli, & terræ?

R. Credo.

N. Glaubst du an Gott den Vater, allmächtigen Schöpfer Himmels und der Erde?

A. Ich glaube.

N. Verujesh ti v' Boga Ozheta viga-
mogozhniga Stvarnika nebel's inu sem-
le?

O. Verujem.

Credis in Jesum Christum Filium
ejus unicum Dominum nostrum, na-
tum & passum? R. Credo.

Glaubst du an Jesum Christum, sei-
nen eingebornen Sohn, unsern Herrn,
der geboren worden, und gelitten hat?

A.

A. Ich glaube.

Verujesh ti v' Jesufa Kristusa, syna njega ediniga, Gospoda nashiga, kateri je rojen bil, inu je terpel?

O. Verujem.

Credis & in spiritum sanctum, sanctam ecclesiam catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam? R. Credo.

Glaubst du auch an den heiligen Geist, eine heilige allgemeine christliche Kirche, Gemeinschaft der Heiligen, Ablass der Sünden, Auferstehung des Fleisches, und ein ewiges Leben?

A. Ich glaube.

Verujesh tudi v' svetiga duha, eno sveto katolihko kerhansko zerku, Gmajno svetnikou, odpulhanje grehou, vsta-

vstajanje mesa, inu vezhnu shiv-
lenje?

O. Verujem.

18. *Subinde expresso nomine baptizandi sacerdos dicit:*

N. Vis baptizari?

N. Willst du getauft werden?

N. Hozhesh karshen bici?

Patrinus: Volo.

Ich will.

Hozhem.

19. *Tunc Patrino, vel Matrino infantem tenente, sacerdos vasculo, seu urceolo accipit aquam baptismalem, & de ea ter fundit super caput infantis in modum crucis, & simul verba proferens, semel tantum distinde, & attente dicit:*

N. Ego te baptizo in nomine Patris †, fundat primo; & Filii †, fundat secundo; & Spiritus † sancti; fundat tertio.

20. *Si vero dubitatur, an infans fuerit baptizatus, utatur hac forma :*

N. Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris †, & Filii †, & Spiritus † sancti.

21. *Deinde intingit pollicem in sacro chrismate, & ungit infantem in summitate capitis in modum crucis, dicens :*

Deus omnipotens, Pater Domini nostri Jesu Christi, qui te regeneravit ex aqua & Spiritu sancto, quique dedit tibi remissionem omnium peccatorum (*hic inungit*) ipse te liniat chrismate salutis † in eodem Christo Jesu Domino nostro in vitam æternam. R. Amen.

Sacerdos : Pax tibi.

R. Et cum spiritu tuo.

22. *Tum bombacio aut re simili abstergit pollicem suum, & locum inunctum, & imponit capiti ejus linteolum candidum loco vestis albæ, dicens :*

Accipe vestem candidam, quam immaculatam perferas ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, ut habeas vitam æternam. R. Amen.

Zieh das weiße Kleid der Unschuld an, welches du vor dem Richterstuhl unsers Herrn Jesu Christi unbesleckt hinbringen sollst, damit du das ewige Leben habest. A. Amen.

Oblezi belu oblazhilu nedolshnosti¹, kateru ti pred sodni stal nashiga Gospoda Jesusa Kristusa bres madesha pernesti imash, de bosh vezhnu shivlenje imel. O. Amen.

23. *Postea dat ei, vel Patrino candelam accensam, dicens :*

Accipe

Accipe candelam ardentem & irreprehensibilis custodi Baptismum tuum: serva Dei mandata, ut, cum Dominus venerit ad nuptias, possis occurrere ei, una cum omnibus sanctis in aula cœlesti, habeasque vitam æternam, & vivas in sæcula sæculorum. ꝛ. Amen.

Nimm die brennende Kerze hin, und bewahre untadelhaft deine Taufe: halt die Gebote Gottes, damit, wann der Herr zur Hochzeit kommen wird, du ihm sammt allen Heiligen im himmlischen Hofe begegnen, zum ewigen Leben eingehen, und immerdar leben mögest. A. Amen.

Vsami gorezho svezho, bodi ne-svarliv, inu ohrani tvoj karst: dershi sapovedi boshje, de kadar Gospod k' shenitovanju pride, ti njega s' vfini svetniki v' nebeskimu dvoru sprejeti, v' vezhnu shivlenje jiti, inu na vekoma shiveti samoresh. O. Amen.

24. *Postremo dicit :*

N. Vade in pace, & Dominus sit tecum. R. Amen.

R. Geh im Frieden hin, und der Herr sey mit dir. A. Amen.

N. Poidi v' myri, inu Gospod naj bo s' teboi. O. Amen.

Si fuerint plures baptizandi.

25. *Sive masculi, sive fœminæ, in Catechismo masculi statuantur ad dexteram; fœminæ vero ad sinistram, & omnia pariter dicantur ut supra in proprio genere, & numero plurali. Verum prima nominis interrogatio, exsufflatio, crucis impressio, seu signatio, tactus aurium, & narium cum saliva, abrenuntiationis interrogatio, unctio olei Catechumenorum, interrogatio de fide, seu symbolo, & ipse baptismus, inunctio chrismatis, candidæ vestis impositio,*

fitio, atque accensæ candelæ traditio singulariter singulis, & primum masculis, deinde feminis fieri debent.

Si baptizando periculum mortis immineat.

26. *Antequam Baptismus perficiatur, sacerdos onissis, quæ baptismum præcedunt, eum baptizet, ter, vel etiam semel infundens aquam super caput ejus in modum crucis, dicens :*

Ego te baptizo in nomine Patris, †
&c. ut supra N. 19. pag. 26.

27. *Si non habeatur aqua baptismalis, & periculum impendeat, sacerdos utatur aqua simplici.*

28. *Deinde, si habeat Chrisma, liniat eum in vertice dicens :*

Deus omnipotens, Pater Domini nostri
Jesu Christi &c. ut supra N. 21. pag. 27.

Postea

Postea dat ei linteolum candidum, dicens:

Accipe vestem; &c. ut supra N. 22. pag. 28.

Ac demum dat ei ceream candelam accensam, dicens:

Accipe candelam ardentem, ut supra N. 23. pag. 29.

Si supervixerit; suppleantur alii ritus omitti; ut infra.

29. *Antequam infans ex ecclesia asportetur, aut susceptores discedant, eorum nomina, & alia de administrato baptismo ad præscriptam formam in baptismali libro parochus accurate describat:*

Ordo supplendi omissa super baptizatum parvulum.

Cum parvulus, qui urgente necessitate caeremoniis prætermittis fuerat baptizatus,

con-

convalescet, & ad ecclesiam deferetur, omiſſa omnia ſuppleantur. Hinc totus ordo baptiſmi ſervetur ſupra præſcriptus, niſi quod

N. 5. pag. 11. in oratione poſt: de die in diem: addendum ſit: ut idoneus ſit, frui gratia baptiſmi tui, quem ſuſcepit, ſalis percepta medicina. Per eundem &c.

N. 7. pag. 12. In oratione: Deus patrum-hoc primum pabulum: omittenda vox: primum: & loco perduc &c. ponendum, quem ad novæ regenerationis lavacrum perduxifti, quæſumus Domine, ut cum fidelibus &c.

Exorcizo te: pag. 14. & reliqua uſque ad finem N. 7. omittenda. Nro. 18. 19. 20. præſcripta omnino prætermittantur.

Ordo baptisimi adultorum.

1. *Paratis omnibus, ut supra dictum est, ad baptizandum necessariis sacerdos superpelliceo, & stola violacea indutus procedit ad fores ecclesie, & stat in limine, catechizandus vero extra limen. Et si sunt plures, mares, & feminae, illi ad dexteram sacerdotis, hæ vero ad sinistram statuuntur, & sacerdos interrogat:*

Quo nomine vocaris?

Wie heißt du?

Kaku ti je ime?

Catechumenus respondet ipse. N.

Sacerdos. N. Quid petis ab ecclesia Dei?

N. Was verlangst du von der Kirche Gottes?

N.

N. Kaj shelishod Zerkve boshje ?

Catech. Fidem.

Den Glauben.

Vero.

Sacerdos: Fides, quid tibi præstat ?

Was wirkt der Glaube ?

Kaj da vera ?

Catech. Vitam æternam.

Das ewige Leben.

Vezhnu shivlenje.

Sacerdos: Si vis habere vitam æternam; serva mandata. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & proximum tuum, sicut te ipsum. In his duobus mandatis tota lex pendet, & Prophetæ. Fides autem est, ut unum Deum in trinitate, & trinitatem in unitate venereris, neque confundendo personas, neque substantiam separando. Alia est enim persona Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti; sed horum trium una est substantia, & non nisi una divinitas.

Wenn du das ewige Leben erlangen willst, so halt die Gebothe. Du sollst Gott deinen Herrn aus deinem ganzen Herzen, aus deiner ganzen Seele, und aus deinem ganzen Gemütthe lieben: deinen Nächsten aber wie dich selbst. An diesen zweyen Gebothten hängt das ganze Gesetz, und die Propheten. Der Glaube aber besteht darin, daß du einen einigen Gott in drey Personen anbethest; dabey aber weder die Personen vermengest, noch die Wesenheit zertheilest. Denn obgleich die Personen des Vaters, des Sohnes, und des heiligen Geistes von einander wirklich verschieden sind; so machen sie doch alle drey nur eine einzige Wesenheit, nur eine einzige Gottheit aus.

Aku hozhesh vezhnu shivlenje sadobiti, dershi sapovedi. 'Ti imash Boga tvojga Gospoda is zeliga tvojga serza,

za, is zele tvoje dushe, is zele tvoje misli lubiti, tvojga blishniga pak, kakor sam sebe. V' teh dveh sapovedih je sapopadena vsa postava inu preroki. Vera pak v' tim obstoji, de eniga Boga v' treh pershonah molish: de pershone raslozhish, inu bitja (al nature) ne resdeilish. Sakaj aku so lih pershone Ozheta, Syna, inu svetiga duha v' resnizi ena od druge reslozhene, vender *so* one le enu, inu raunu taitu bitje, le ena sama natura, le en sam Bog.

2. *Et rursus interrogat.*

N. Abrenuntias satanæ?

N. Widersagst du dem Teufel?

N. Se odpovešh hudizhu?

Catech. Abrenuntio.

Ich widersage.

Se odpovêm.

Interrogat. Et omnibus operibus ejus?

Und allen seinen Werken?

Inu vlimu njegovimu djanju?

R.

Catech. Abrenuntio.

Ich widersage.

Se odpovem.

Interrogat. Et omnibus pompis ejus?

Und aller seiner Hoffahrt?

Inu vlimu njegovimu napuhu?

Catech. Abrenuntio.

Ich widersage.

Se odpovem.

3. *Deinde sacerdos interrogat de symbolo fidei, dicens:*

N. Credis in Deum Patrem omnipotentem creatorem cœli, & terræ?

R. Credo.

N. Glaubst du an Gott den Vater, allmächtigen Schöpfer Himmels und der Erde?

A. Ich glaube.

N. Verujesh ti v' Boga Ozheta vsigamogozhniga Stvarnika nebefs inu semle?

O. Verujem?

In-

Interrogat. Credis in Jesum Christum
Filiū ejus unicum, Dominum no-
strum, natum & passum?

R. Credo.

Glaubst du an Jesum Chri-
stum seinen eingebornen Sohn
unsers Herrn, der geboren worden,
und gelitten hat?

A. Ich glaube.

Verujesh ti v' Jesufa Kristusa syna
njega ediniga, Gospoda nashiga,
kateri je rojen bil, inu je terpel?

O. Verujem.

Interrogat. Credis & in spiritum sanctum;
sanctam ecclesiam catholicam, san-
ctorum communionem, remissio-
nem peccatorum, carnis resurrecti-
onem, & vitam æternam?

R. Credo.

Glaubst du auch an den heiligen
Geist, eine heilige allgemeine christ-
liche Kirche, Gemeinschaft der
Heiligen, Ablass der Sünden,
Auf-

Auferstehung des Fleisches, und ein ewiges Leben?

A. Ich glaube.

Verujesh tudi v' svetiga duha, eno sveto katoliško kerihansko zerku, gmajao Svetnikou, odpufhanje grehou, vstajenje meisa, inu vezhnu shivlenje.

O. Verujem.

4. *Tunc sacerdos exsufflat ter in faciem ejus, semel dicens :*

Exi ab eo Spiritus immunde, & da locum Spiritui sancto Paraclito.

5. *Hic in modum crucis halet in faciem ipsius, & dicat :*

N. Accipe Spiritum bonum per istam insufflationem, & Dei benedictionem †. Pax tibi.

R. Et cum spiritu tuo.

℞.

R. Nimm hin den guten Geist durch dieses Einhauchen, und den Segen Gottes †. Der Friede sey mit dir.

A. Der sey auch mit dir.

N. Vsami dobriga duha skus to nadihanje, inu shegen boshji †. Myr bodi s' teboi.

O. Ta naj bo tudi s' teboi.

6. *Deinde facit crucem cum pollice in ejus fronte, & in pectore dicens :*

N. Accipe signum crucis tam in fronte †, quam in pectore †, fume fidem cœlestium præceptorum. Talis esto moribus, ut templum Dei jam esse possis: ingressusque ecclesiam Dei evasisse te laqueos mortis lætus agnosce (horresce idola, respue simulacra.) Cole Deum Patrem omnipotentem, & Jesum Christum Filium ejus unicum,
Do-

Dominum nostrum, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. R. Amen.

R. Empfang das Zeichen des Kreuzes sowohl auf der Stirne †, als auf der Brust †, und nimm damit den Glauben an das göttliche Gesetz, und solche Sitten an, daß du von nun an der Tempel Gottes seyn mögest; erkenne mit Freuden, daß du bey dem Eintritte in die Kirche Gottes den Gefahren des ewigen Todes entronnen bist. Verabscheue (wenn der Täufling ein Jud ist: den Aberglauben des Judenthums. Ist er ein Ketzer; den Irrthum der Ketzerey. Ist er ein Heide: den Götzendienst) ehre Gott den allmächtigen Vater, und Jesum Christum seinen eingebornen Sohn unsern Herrn, der kommen wird, die Lebendigen, und

und die Todten, und die Welt durch
das Feuer zu richten.

M. Amen.

N. Prejmi snaminje krisha na zheli †, inu na perſih †, inu vsami s' njim vero na boshjo poſtavo, de boſh od doſehmaltempel boshji biti samogil: spoſnaj veſel, de, kir ſi v' Zerku boshjo ſtopil, ſi tudi vſim ſmertnim nevarnoſtam odſhal. Zherti prasno vero judouſko, smote krivoverzou, molikvanje (*prout vel Judæus, aut hæreticus, aut idololatra fuerit*) Zhasti Boga vſigamogozhniga Ozheta, inu Jeſufa Kriſtufa ſyna njega edinu rojeniga Gopoda naſhiga, kateri bo priſhal ſhive inu mertve, ter zel ſveit s' ogniam ſodit.

O. Amen.

Hic advertendum est, quod diſta verba
(horreſce idola, respue ſimulacra)
. dican-

dicantur Catechumeno ex Ethnicis; Catechumeno vero Judæo dicatur (horresce judaicam perfidiam, respue hebraicam superstitionem) Mahumetano vero dicatur (horresce mahumeticam perfidiam, respue pravam sectam infidelitatis) At hæretico ad Catholicam Ecclesiam venienti, qui, si in ejus Baptismo debita forma servata non est, baptizari debet, dicatur (horresce hæreticam pravitatem, respue nefarias sectas impiorum.)

7. *Si plures sunt Electi, omnia supra dicta dicantur singillatim super singulos.*

O R E M U S.

Te deprecor, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, ut huic famulo tuo N. qui in hujus sæculi nocte vagatur incertus, ac dubius, viam veritatis & agnitionis tuæ jubas demonstrari: quatenus referatis oculis

oculis cordis sui, te unum Deum Patrem in Filio, & Filium in Patre cum spiritu sancto recognoscat, atque hujus confessionis fructum, & hic & in futuro sæculo percipere mereatur. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

8. *Si plures sint Electi, præcedens oratio dicatur in numero plurali (sequentes autem signationes fiant cum suis verbis singillatim super singulos.)*

9. *Deinde signet Electum signo Crucis cum pollice in fronte, dicens:*

Signo tibi frontem †, ut suscipias crucem Domini.

Ich bezeichne dir die Stirne †, damit du das Kreuz des Herrn auf dich nimmest.

Jest tebi sasnamuvam zhelu †, de krish Gospodovi na se vsamesh.

In

In auribus: Signo tibi aures †, ut audias divina præcepta.

Ich bezeichne dir die Ohren †, damit du die göttlichen Gebote anhörst.

Jest tebi sasnamuvam Ushesa †, de boshje sapovedi poslufash.

In oculis: Signo tibi oculos †, ut videas claritatem Dei.

Ich bezeichne dir die Augen †, damit du die Klarheit Gottes sehest.

Jest tebi sasnamuvam ozhy †, de svetlobo boshjo vidish.

In naribus: Signo tibi nares †, ut odorem suavitatis Christi sentias.

Ich bezeichne dir die Nase †, damit du den lieblichen Geruch Christi wahrnehmest.

Jest

Jest tebi sasnamuvam nofs †, de prijetni duh Kristuſovi zhutih.

In ore: Signo tibi os †, ut loquaris verba vitæ.

Ich bezeichne dir den Mund †, damit du Worte des Lebens redest.

Jest tebi sasnamuvam vuſta †, de beſſede shivlenja govorish.

In pectore: Signo tibi pectus †, ut credas in Deum.

Ich bezeichne dir die Bruſt †, damit du an Gott glaubest.

Jest tebi sasnamuvam perſe †, de na Boga verujesh.

In ſcapulis: Signo tibi ſcapulas †, ut ſuſcipias jugum ſervitutis ejus.

Ich bezeichne dir die Schultern †, damit du dich dem Joche seines Dienstes unterziehest.

Jest tebi sasnamuvam plezha †, de se jarmo njegove slufhbe podvershesh.

In toto corpore, illud non tangens, manu producit signum crucis, & dicit :

Signo te totum in nomine Patris †, & Filii †, & Spiritus † sancti, ut habeas vitam æternam, & vivas in sæcula sæculorum.

R. Amen.

Ich bezeichne dich ganz im Nahmen des Vaters †, und des Sohnes †, und des heiligen † Geistes, damit du das ewige Leben erlanzest, und in Ewigkeit lebest.

A. Amen.

Jest

Jest te zeliga sasnamuvam v' ime-
nu ozheta †, inu slyna †, inu svetiga
† duha, de vezhnu shivlenje sadobish,
inu na vekoma shivish. O. Amen.

O R E M U S.

Preces nostras, quæsumus Domine,
clementer exaudi, & hunc Electum
tuum N. crucis dominicæ, cujus impres-
sione eum signamus, virtute custodi:
ut magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta
servans, per custodiam mandatorum
tuorum ad regenerationis gloriam per-
venire mereatur. Per Christum Domi-
num nostrum. R. Amen.

O R E M U S.

Deus, qui humani generis ita es con-
ditor, ut sis etiam reformator, pro-
pitiare populis adoptivis, & novo te-

D

stamen-

stamento sobolem novæ prolis adscribe: ut filii promissionis, quod non potuerunt assequi per naturam, gaudeant se recepisse per gratiam. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

10. *Tunc imponit manum super Caput Electi, & dicit:*

O R E M U S.

Omnipotens sempiterne Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, respicere digneris super hunc famulum tuum N. quem ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnem cæcitatem cordis ab eo expelle: dirumpe omnes laqueos fatanæ, quibus fuerat colligatus: aperi ei Domine januam pietatis tuæ, ut signo sapientiæ tuæ imbutus, omnium cupiditatum fœtoribus careat, & ad suave n odorem præceptorum tuorum lætus tibi in ecclesia tua deserviat, & proficiat

de

de die in diem, ut idoneus efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui, percepta medicina. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

11. *Si plures sint, hæc & præcedens oratio: Preces nostras dicantur in numero plurali.*

12. *Deinde sacerdos benedicit sal, dandum Catechumeno, dicens:*

Exorcizo te creatura salis in nomine Dei Patris omnipotentis †, & in charitate Domini nostri Jesu Christi †, & in virtute Spiritus sancti †. Exorcizo te per Deum vivum †, per Deum verum †, per Deum sanctum †, per Deum †, qui te ad tutelam humani generis procreavit, & populo venienti ad credulitatem per servos suos consecrari præcepit, ut in nomine sanctæ Trinitatis efficiaris salutare Sacramentum ad effugandum inimicum. Proinde

rogamus te, Domine Deus noster, ut hanc creaturam salis sanctificando sanctifices †, & benedicendo benedicas †, ut fiat omnibus accipientibus perfecta medicina, permanens in visceribus eorum, in nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. R. Amen.

13. *Tunc pollice, & indice accipit de ipso sale, & immittit in os Catechumeni, dicens:*

N. Accipe sal sapientiæ: propitiatio fit tibi in vitam æternam.

R. Amen.

N. Nimm das Salz der Weisheit hin, dieß diene dir zur Versöhnung für das ewige Leben.

A. Amen.

N. Vsami sol modrofti : ta naj bo tebi k' spravi sa vezhnu shivlenje.

O. Amen.

Sacerdos : Pax tibi.

Der Friede sey mit dir.

Myr naj bo s' teboi.

R. Et cum spiritu tuo.

A. Der sey auch mit dir.

O. Ta naj bo tudi s' teboi.

O R E M U S.

Deus Patrum nostrorum, Deus universæ conditor veritatis, te supplices exoramus, ut hunc famulum tuum N. respicere digneris propitius, & hoc primum pabulum salis gustantem non diutius esurire permittas, quo minus cibo expleatur cœlesti, quatenus sit semper spiritu fervens, spe gaudens, tuo semper nomini serviens. Perduc eum,
Do.

Domine, quæsumus, ad novæ regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum æterna præmia consequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

14. *Si plures sint, dicatur singulis N. Accipe sal. &c. & præcedens oratio, Deus patrum nostrorum, in numero plurali.*

15. *Quod si Catechumenus fuerit gentilis, seu ex Idololatriæ venerit ad fidem, benedicto sale, priusquam ejus medicinam gustet, sacerdos addat sequentem orationem dicens:*

O R E M U S.

Domine sancte Pater omnipotens, æterne Deus, qui es, qui eras, & qui permanes usque in finem, cujus origo nescitur, nec finis comprehendi potest; te supplices invocamus super hunc famulum tuum N. quem liberaſti
de

de errore gentilium, & conversatione turpissima: dignare exaudire eum, qui tibi cervices suas humiliat ad lavacri fontem, ut renatus ex aqua, & spiritu sancto, exspoliatus veterem hominem, induat novum, qui secundum te creatus est, accipiat vestem incorruptam, & immaculatam, tibi que Deo nostro servire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

16. *Si plures sint, præcedens oratio dicatur in numero plurali.*

17. *Deinde sacerdos dicat super masculinum tantum.*

Ora Electe, flecte genua, & dic Pater noster.

Auserwählter knie nieder, und bes the das Vater unser.

Isvoleni poklekni, inu moli Ozhe nash.

Et

Et Electus genuflexus orat, & dicit:
 Pater noster. *Et cum oraverit, & dixerit:*
 Pater noster, *usque ad sed libera nos*
a malo inclusive, sacerdos, subjungit:
 Leva, comple orationem tuam & dic:
 Amen.

Steh auf, vollende dein Gebeth,
 und sprich: Amen.

Vstani, konzhaj molitvo tvojo, inu
 rezi: Amen.

Et ille respondet; Amen.

Et sacerdos dicit Patrino;

- Signa eum.

Bezeichne ihn mit dem heiligen
 Kreuze.

Sasnamuvaj ga s' fvetim krisham.

Deinde *Electo:* Accede,

Komm herbey.

Pridi lessim.

Et

*Et Patrinus pollice signat eum in fronte ita
dicens :*

In nomine Patris &c.

In Nahmen Gott des Waters ic.

V' imeni Boga ozheta &c.

18. *Tum quoque sacerdos facit crucem in fronte
ejus, ita dicendo :*

In nomine Patris, & Filii, & Spi-
ritus sancti.

In Nahmen Gott des Waters,
und des Sohnes, und des heiligen
Geistes.

V' Imeni Boga ozheta, inu syna,
inu svetiga duha.

Et imponit manum super eum, & dicit :

O R E M U S.

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus, qui Moyfi famulo tuo in monte Sinai apparuisti, & filios Israel de terra Ægypti eduxisti, deputans eis Angelum pietatis tuæ, qui custodiret eos die ac nocte: te quæsumus Domine, ut mittere digneris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui similiter custodiat & hunc famulum tuum N. & perducatur eum ad gratiam baptismi tui. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

EXORCISMUS.

Ergo maledicte diabole, recognosce sententiam tuam, & da honorem Deo vivo, & vero, da honorem Jesu Christo Filio ejus, & Spiritui sancto, & recede ab hoc famulo Dei N., quia istum sibi Deus, & Dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam,

tiam, fontemque baptismatis vocare dignatus est: & hoc signum sanctæ crucis †, quod nos fronti ejus damus, tu maledicte Diabole, numquam audeas violare. Per eundem Christum Dominum nostrum, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. R. Amen.

19. *Sed si plures sint Catechumeni, hic, & in sequentibus sacerdos dicat in numero plurali: Orate Electi, flectite genua: &c. ut supra, usque ad finem præcedentis Exorcismi, qui incipit: Ergo maledicte diabole. Item super unum secundo dicat: Ora Electe, flecte genua, & dic Pater noster; & reliqua, ut supra, usque ad orationem: Deus Abraham, exclusive; deinde imponit manum super eum, ac dicit:*

O R E M U S.

Deus immortale præsidium omnium postulantium, liberatio supplicum, pax rogantium, vita credentium, resurrectio mortuorum, te invoco super hunc famulum tuum N. qui baptismi tui donum petens, æternam consequi gratiam spirituali regeneratione desiderat: accipe eum Domine, & quia dignatus es dicere, petite & accipietis; quærite & invenietis; pulsate, & aperietur vobis: petenti præmium porrige, & januam pande pulsanti, ut æternam cœlestis lavacri benedictionem consecutus, promissa tui muneris regna percipiat. Qui cum Patre & Spiritu sancto vivis & regnas Deus in sæcula sæculorum. R. Amen.

EXORCISMUS.

Audi maledicte satana, adjuratus per nomen æterni Dei, & Salvatoris nostri

stri Jesu Christi Filii ejus, cum tua victus invidia tremens, gemensque discede; nihil tibi sit commune cum servo Dei N. jam cœlestia cogitante, renuntiaturō tibi, & sæculo tuo, & beatæ immortalitati victuro. Da igitur honorem adveniēti Spiritui sancto, qui ex summa cœli arce descendens, proturbatis fraudibus tuis, divino fonte purgatum pectus, sanctificatum Deo templum, & habitaculum perficiet, ut ab omnibus penitus nexis præteritorum criminum liberatus servus Dei, gratias pœrenni Deo referat semper, & benedicat nomen sanctum ejus in sæcula sæculorum. R. Amen.

20. *Item super unum masculum tertio dicat, ut supra.*

Ora Electe, flecte genua, & dic Pater noster, &c. usque ad orationem, Deus Abraham, *exclusive, deinde imponit manum super eum dicens:*

Exorcizo te immunde Spiritus, in nomine Patris †, & Filii †, & Spiritus † sancti, ut exeas, & recedas ab hoc famulo Dei N. ipse enim tibi imperat, maledicte, dammate, qui pedibus super mare ambulavit; & Petro mergenti dexteram porrexit.

21. *Exorcismus.* Ergo maledicte diabole,
 &c. & repetit totum, ut supra habetur.

22. *Sacerdos imponit manus super caput Electi,*
 & dicit:

O R E M U S.

Æternam ac justissimam pietatem tuam deprecor Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, auctor luminis & veritatis, super hunc famulum tuum N. ut digneris eum illuminare lumine intelligentiæ tuæ; munda eum & sanctifica; da ei scientiam veram,
 ut

ut dignus efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui, teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam, ut aptus sit ad percipiendam gratiam tuam. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

23. *Si plures fuerint Electi, sive mares, sive femine, præcedentes orationes & Exorcismi dicantur in numero plurali, & in genere proprio.*

24. *His peractis, sacerdos sinistra manu apprehendens dexteram Electi prope brachium, vel ei porrigens extremam partem stolæ, introducit eum in Ecclesiam dicens:*

N. Ingredere in sanctam ecclesiam Dei, ut accipias benedictionem cœlestem a Domino Jesu Christo, & habeas partem cum illo, & sanctis ejus.

R. Amen.

N. Geh in die Kirche Gottes ein, damit du den himmlischen Segen von dem
dem

dem Herrn Jesu Christo erlangest, und mit ihm, und seinen Heiligen an dem ewigen Leben Theil nimmest. A. Amen.

N. Poidi noter v' Žerku boshjo, de nebeshki shegen od gospoda Jesusa Kristusa sadobish, ter s' nim, inu vsmi Svetniki vezhniga shivlenja delesh en postanesh. O. Amen.

25. *Si plures fuerint, dicat in numero plurali; Ingremini in sanctam ecclesiam Dei &c. & introducat eos, ut supra.*

26. *Et ingressus Electus procumbit, seu prostermit se in pavimento, & adorat.*

27. *Deinde surgit, & sacerdos imponit manum super caput ejus, & Electus cum eo recitat symbolum Apostolorum, & orationem dominicam.*

28. *Ita etiam si plures fuerint, omnes surgunt
& simul recitant.*

Credo in Deum Patrem &c.

Ich glaube an Gott den Vater,
u. s. f.

Verujem v' Boga Ozheta &c.

Pater noster &c.

Vater unser u. s. f.

Ozhe nash &c.

29. *Tunc rursus sacerdos imponat manum super
caput Eleſti, & dicat:*

E X O R C I S M U S.

Nec te latet, satana, imminere tibi
pœnas, imminere tibi tormenta, im-
minere tibi diem iudicii, diem suppli-
cii sempiterni; diem, qui venturus est

E

ve-

velut clibanus ardens, in quo tibi, atque universis angelis tuis præparatus sempiternus erit interitus. Proinde dammate, atque damnande, da honorem Deo vivo, & vero, da honorem Jesu Christo Filio ejus, da honorem Spiritui sancto paraclito, in cujus nomine, atque virtute præcipio tibi, quicumque es, spiritus immunde, ut exeas & recedas, ab hoc famulo Dei N. quem hodie idem Deus, & Dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam, & benedictionem, fontemque baptismatis dono vocare dignatus est; ut fiat ejus templum per aquam regenerationis in remissionem omnium peccatorum. In nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. R. Amen.

30. *Similiter si plures fuerint, imponit manum super capita singulorum, & dicit eundem Exorcismum in numero multitudinis & genere suo.*

31. *Postea sacerdos pollice accipit de saliva oris sui, & tangit aures, & nares Electi: tangendo vero aurem dexteram & sinistram, dicat:*

Epheta, quod est, adaperire: deinde tangendo nares, dicat: In odorem suavitatis, & subdit: Tu autem effugare, diabole; appropinquabit iudicium Dei.

32. *Deinde interroget Electum.*

Quis vocaris?

Wie heißt du?

Kaku je tebi ime?

Et ipse respondet N.

Interroget. N. Abrenuntias Satanæ?

N. Widersagst du dem Teufel?

N. Se odpovešh ludizhu?

Resp. Abrenuntio.

Ich widersage.

Se odpovem.

Interroget: Et omnibus operibus ejus?

Und allen seinen Werken?

Inu vsimu njegovimu djanju?

Resp. Abrenuntio.

Ich widersage.

Se odpovem.

Interroget: Et omnibus pompis ejus?

Und aller seiner Hoffahrt?

Inu vsimu njegovimu napuhu?

Resp. Abrenuntio.

Ich widersage.

Se odpovem.

33. *Tunc sacerdos intingit pollicem dextræ manus in oleo sancto Catechumenorum, & inungit Electum primum in pectore, deinde inter scapulas in modum crucis dicens:*

Ego te linio oleo salutis † in Christo Jesu Domino nostro in vitam æternam. R. Amen.

Ich

Ich salbe dich mit dem Oehle des
Heils † in Christo Jesu unserm Herrn
zum ewigen Leben. A. Amen.

Jest tebe pomashem s' oljam isve-
lizhanja † v' Jesusu Kristusu Gospodu
nashimu sa vezhnu shivlenje.

O. Amen.

ψ. Pax tibi.

Der Friede sey mit dir.

Myr bodi s' teboi.

℞. Et cum spiritu tuo.

Der sey auch mit dir.

'Ta naj bo tudi s' teboi.

34. *Mox bombacio vel re simili tergit pol-
licem & loca inuncta, & subjungit, di-
cens:*

Exi immunde spiritus, & da honorem
Deo vivo & vero. Fuge immunde spi-
ritus,

ritus, & da locum Jesu Christo Filio
ejus. Recede immunde spiritus, & da
locum spiritui sancto paraclito.

35. *Quando plures sunt Electi, idem fit
circa singulos eorum. Et ducitur Electus
ad Baptisterium. Et cum fuerit prope
fontem, sacerdos interrogat.*

Quis vocaris?

Wie heißt du?

Kaku je tebi ime?

Respondet. N.

36. *Interrogat.*

N. Credis in Deum Patrem omnipo-
tentem, creatorem cæli & ter-
ræ? R. Credo.

N. Glaubst du an Gott den Va-
ter, allmächtigen Schöpfer Himmels,
und der Erde? A. Ich glaube.

N.

N. Verujesh v' Boga Ozheta, vsigamogozhniga stvarnika nebefs inu semle? O. Verujem.

Interrogat. Credis in Jesum Christum Filium ejus unicum, Dominum nostrum, natum & passum?

R. Credo.

Glaubst du an Jesum Christum, seinen eingebornen Sohn, unsern Herrn, der geboren worden, und gelitten hat?

A. Ich glaube.

Verujesh v' Jesusa Kristusa syna njega edinu rojeniga, Gospoda nashiga, kateri je rojen bil, inu je terpel?

O. Verujem.

Interrogat. Credis in Spiritum sanctum, sanctam ecclesiam catholicam; sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resur.
rec-

rectionem, & vitam æternam?

R. Credo.

Glaubst du auch an den heiligen Geist, eine heilige allgemeine christliche Kirche, Gemeinschaft der Heiligen, Ablass der Sünden, Auferstehung des Fleisches, und ein ewiges Leben? N. Ich glaube.

Verujesh v' svetiga duha, eno svetoto katolskhko kristiansko Zerku, gmajno svetnikou, odpushanje grehou, ustajanje melsa, inu vezhnu shivlenje?

O. Verujem.

Iterum interrogat dicens:

N. Quid petis?

N. Was verlangst du?

N. Kaj shelish?

Resp. Baptismum.

Die Taufe.

Karst.

In.

Interrogat : Vis baptizari?

Willst du getauft werden?

Hozheslh karshen biti?

Resp. Volo.

Ich will.

Hozhem.

37. *Tunc Patrino, vel Matrino admota manu, tenente seu tangente Electum vel Electam aperto capite, & laxatis a collo vestibus inclinatum, sacerdos vasculo, vel urceolo haurit aquam baptismalem de fonte, & cum ea sub trina supra caput in modum crucis infusione baptizet Electum seu Electam, in nomine SS. Trinitatis, sic dicens :*

Ego te baptizo in nomine Patris †, fundat primo; & Filii †, fundat secundo: & Spiritus † sancti, fundat tertio.

38. *Si aqua, quæ ex capite baptizati defluit, non dilabitur in Sacrarium baptisterii, recipiatur in subjecta aliqua pelvi: & in illud postmodum projiciatur. Cum plures sunt Electi, singillatim singuli interrogantur, & baptizantur, ut supra. Si sunt mares, & femine, primum mares, deinde femine. Verum si probabiliter dubietur, an Electus fuerit alias baptizatus, dicat sacerdos:*

Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris †, & Filii †, & Spiritus † sancti.

39. *Deinde sacerdos intingat pollicem dextrum in sacrum Chrisma, & perungat verticem Electi in modum crucis dicens:*

Deus omnipotens, Pater Domini nostri Jesu Christi, qui te regeneravit ex aqua & Spiritu sancto, quique dedit tibi remissionem omnium peccatorum,
 ipse

ipse te liniat Chrismate salutis † in eodem Christo Jesu Domino nostro in vitam æternam. R. Amen.

Der allmächtige Gott, der Vater unsers Herrn Jesu Christi, der dich mittels der Wiedergeburt durch das Wasser, und den heiligen Geist von allen Sünden befreyet hat, salbe dich mit dem Chrisam des Heils † durch Christum Jesum unsern Herrn zum ewigen Leben. N. Amen.

Všigamogozhni Bog, Ozhe nashiga Gospoda Jesusa Kristusa, kateri je tebe skusi vodo, inu svetiga duha prerodil, ter vse grehe odpuštil, pomashi tebe s' krismo isvelizhanja † skus Jesusa Kristusa Gospoda nashiga k' vezhnimu shivlenju. O. Amen.

Sacerdos. Pax tecum.

Der Friede sey mit dir.

Myr bodi s' teboi.

R. Et cum spiritu tuo.

Der sey auch mit dir.

Ta naj bo tudi s' teboi.

40. *Tunc bombacio, vel re simili pollicem tergit, & imponit capiti Electi chrismale, seu candidum linteolum, & dat illi vestem candidam, dicens:*

Accipe vestem candidam, & immaculatam, quam perferas ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, ut habeas vitam æternam. R. Amen.

Zieh das weiße Kleid der Unschuld an, welches du vor den Richterstuhl unsers Herrn Jesu Christi un-
be-

besleckt hinbringen sollst, damit du das ewige Leben habest. A. Amen.

Oblezi belu oblazhilo nedolshnosti, kateru pred sodni stol nashiga Gospoda Jesusa Kristusa bres madesha pernesti imash, de vezhnu shivlenje dobish.

O. Amen.

41. *Postea dat ei sacerdos cereum, seu candelam accensam in manu dextera, dicens:*

Accipe candelam ardentem, & irreprehensibilis custodi baptismum tuum, ferva Dei mandata, ut cum Dominus venerit ad nuptias, possis occurrere ei in aula cœlesti in vitam æternam. R. Amen.

Nimm die brennende Kerze hin, und bewahre untadelhaft deine Taufe, halt die Gebothe Gottes, damit, wann der Herr zur Hochzeit kommen wird, du

du ihm sammt allen Heiligen im himmlischen Hofe begegnen mögest, und in Ewigkeit lebest. A. Amen.

Vsami gorezho svezho, inu ohrani nesvarliv tvoj karst, dershi sapovedi boshje; de, kadar bo Gospod k' shenitvanju prishal, ti njega s' vli-mi Svetniki v' nebeskim dvori sprijeti samoresh, inu na vekoma shivish.
O. Amen.

42. *Postea dicit: N. Vade in pace, & Dominus sit tecum. R. Amen.*

N. Geh im Frieden hin, und der Herr sey mit dir. A. Amen.

N. Poidi v' myri, inu Gospod naj bo s' teboi. O. Amen.

Ordo

Ordo supplendi omiffa super baptizatum adul- tum.

Cum adultus, qui urgente necessitate ceremoniis prætermiffis fuerat baptizatus, convalescet, omiffa omnia suppleantur. Hinc totus ordo baptismi adultorum servetur, nisi quod Nro. 10. pag 51. in oratione loco verborum, idoneus efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui percepta medicina: ponendum sit: idoneus fit frui gratia baptismi tui, quem suscepit, falis percepta medicina.

*Nro. 13. pag. 53. in oratione: Deus patrum
— hoc primum pabulum omittenda vox:
primum. Et loco: perduc &c. ponendum:*

Et

Et quem ad novæ regenerationis
lavacrum perduxisti, quæsumus Do-
mine, ut cum fidelibus &c.

*Nro. 22. pag. 63. In oratione loco: dignus effi-
ciatur accedere ad gratiam baptif-
mi: ponendum: dignus fit frui gra-
tia baptismi.*

*Nro. 36. pag. 72. omittendum: quid petis? &
vis baptizari?*

Nri. 37. & 38 prætermittendi omnino.

D E

SACRAMENTO

CONFIRMATIONIS.

Etsi solus Episcopus Sacramenti confirmationis sit Ordinarius minister, hæc tamen a paroco circa id bene observanda erunt :

1. *Quod nemo ante septennium, nisi ob speciales rationes ad hoc Sacramentum admittatur.*

2. *Quod nemo admittatur, nisi a proprio parochio præsentetur, vel saltem de sufficienti instructione, debita dispositione, ac completo septennio ejusdem testimonium scriptum personæ confirmandæ nomen exprimens afferat.*

3. *Ut parochus (ruri saltem) teneat librum particularem, in quo singulis annis nomina Confirimatorum annetet.*

Ehre sey Gott dem Vater, Sohne und h. Geiste: wie im Anfange, izt, und in alle Ewigkeit. Amen.

Antiphon. Der Nahme des Herrn sey gepriesen: von nun an bis in Ewigkeit.

Antiph. Hualenu bodi ime Gospoda: od sdaj, inu na vekoma.

Psalms. CXII.

Hualite Gospoda vy hlapzi: hualite Gospodovu ime.

Hualenubodi ime Gospoda: od sdaj, inu na vekoma.

Od sonzhniga prihoda, noter do fahoda, bodi hualenu Gospodovu ime.

Gospod je zhes vse ludstva visok: inu niegova zhaft seshe zhes nebelsa.

Kdo je tak, kokar Gospod nash Bog, kateri na visokim prebiva: inu to narmainshi v' nebelsih, inu na semli gleda?

Kateri potrebniga is praha potegne: inu framaka is blata vsdigne.

De

De niega sraven poglovarjov, sraven poglovarjov svojga ludstva posady.

Kateri neporodno sa hišno, sa veselo mater otrok stury.

Zhašt bodi Bogu Ozhetu, synu, inu svetimu Duhu: kakor je bila v' sazhetku, sdaj, inu vselej, inu na vse vezhne zhaše. Amen.

Anti. h. Hualenu bodi ime Gospoda: od sdaj, inu na vekoma.

ψ. Hic accipiet benedictionem a Domino.

Dieser wird den Segen von Gott empfangen,

Ta boshegen od Gospoda prejel.

℞. Et misericordiam a Deo salutari suo.

Und Barmherzigkeit vom Gott seinem Heilande.

Inu milost od Boga svojga Isvelizharja.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.

L

Herr

Herr erbarme dich unser, Christe erbarme dich unser, Herr erbarme dich unser.

Gospod vsmili se zhes nafs, Kriste vsmili se zhes nafs, Gospod vsmili se zhes nafs.

Pater noster &c.

Vater unser ꝛ.

Ozhe nafh &c.

ψ. Et ne nos inducas in tentationem.

Und führe uns nicht in Versuchung.

Inu nafs ne upeli v'fkushnavo.

℞. Sed libera nos a malo.

Sondern erlöse uns von dem Uebel.

Temuzh nafs refhi od hudiga.

ψ. Me autem propter innocentiam suscepisti.

Mich aber hast du wegen meiner Unschuld aufgenommen.

Mene pak si savolo nedolshnosti gori vsel.

℞. Et confirmasti me in conspectu tuo
in æternum.

Und hast mich vor deinem Angesichte
auf ewig befestiget.

Inu si me pred tvojim oblizhjam
na vekoma vterdil.

ψ. Domine exaudi orationem meam.
Herr erhöre mein Gebeth.

Gospod vflisli mojo molitvo.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

Und laß mein Rufen zu dir gelangen.

Inu moje vpitje naj k' tebi pride.

ψ. Dominus vobiscum.

Der Herr sey mit euch.

Bog bodi s' vami.

℞. Et cum spiritu tuo,

Und auch mit dir.

Inu tudi s' teboj.

O R E M U S.

Omnipotens sempiternus Deus, sanctæ
puritatis amator, qui animam hujus
parvuli ad cœlorum regnum hodie mi-

mericorditer vocare dignatus es: digneris etiam nobiscum misericorditer agere, ut meritis tuæ sanctissimæ passionis in eodem regno nos cum omnibus sanctis, & electis tuis semper facias congaudere. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Lasset uns bethen.

Allmächtiger, ewiger Gott! der du die heilige Unschuld liebest, und dich gewürdiget hast, die Seele dieses Kindes heut in das Himmelreich gnädiglich zu berufen: würdige dich auch, mit uns nach deiner Barmherzigkeit zu verfahren, daß du durch die Verdienste deines heiligsten Leidens in eben diesem Reiche uns mit allen deinen Heiligen und Auserwählten immer erfreuest. Der du lebest, und herrschest von Ewigkeit zu Ewigkeit. Amen.

M o l i m o.

Všigamogozhni vezhni Bog! kateri sveto zhistost ljubish, ti si danas tega otroka v'nebeshku krajlestvu milostlivu poklizal, delej tudi s' nami vsmilenu, de se bomo skus saflushenje tvojga presvetiga terplenja raun v' taistimu krajlestvu s' vsimi svetniki, inu tvojmi isvolenimi vselej veselili. Kateri shivish, inu krajluješh od vekoma do vekoma. Amen.

Ÿ. Benedicamus Domino.

Lasset uns den Herrn preisen.

Hualimo Gospoda.

R. Deo gratias.

Gott sey Dank.

Bogu bodi huala.

2. *Ad fores ecclesie eadem repetuntur.*

3. *Deinde antequam cadaver terre mandatur, Sacerdos aspergat funus aqua benedicta dicendo:*

Rore cœlesti perfundat animam tuam Deus.

Mit

Mit dem himmlischen Thau be-
sprenge Gott deine Seele.

S' nebeskko rofso naj pokropy Bog
tvojo dušho.

Et thurificet dicendo:

Odore cœlesti pascet animam tuam
Deus.

Mit dem himmlischen Geruche er-
quickte Gott deine Seele.

S' nebeskchim duham naj Bog rasve-
fely tvojo dušho.

*Dein projiciendo tribus vicibus terram super
funus parvuli, dicat:*

Sume terra, quod tuum est, sumat
Christus, quod suum est; caro de terra
orta est, Spiritus de sursum inspiratus
est.

Nimm hin Erde, was dein ist;
Christus nehme, was sein ist; das Fleisch
ist aus der Erde gebildet, der Geist ist
von oben herab eingehaucht.

Vsami semla, kar je tvoje, naj vsame Kristus, kar je svoje, meso je is semle, duh pak je od sgorej vdihnen.

O R E M U S.

Pro fidelibus defunctis.

Deus, in cujus miseratione animæ fidelium requiescunt, famulis, & famulabus tuis in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum, ut a cunctis reatibus absoluti tecum sine fine læteant. Per eundem Jesum Christum Dominum nostrum. Amen.

Lasset uns für die abgeschiedenen Gläubigen bethen.

O Gott! in dessen Erbarmung die Seelen der Gläubigen ruhen, verleih gnädig deinen in Christo ruhenden Dienern, und Dienerinnen Vergebung ihrer Sünden, damit sie von ihren Missethaten entledigt mit dir sich ewig freuen mö-

mögen. Durch denselben Jesum Christum
unsern Herrn. Amen.

Molimo sa verne mertve.

O Bog! s' zhiger vsmilenja dušhe
vernih pozhivajo, daj tvojim flushab-
nikam, inu flushabnizam, kateri v'
Kristusu pozhivajo, milostlivu odpushtan-
je grehou, de od vsih pregrah odvesani
se bodo s' teboj bres konza veseliti
samogli. Skus raun taistiga Jesusa Kri-
stusa Gospoda nashiga. Amen.

Requiescant in pace. Amen.

Sie sollen im Frieden ruhen. Amen.

Naj v' myri pozhivajo. Amen.

4. *His peractis sacerdos discedat.*

RITUS CELEBRANDI
 SACRAMENTUM
 MATRIMONIO-
 NII.

Sacerdos celebraturus matrimonii sacramentum, indutus superpelliceo, & stola, in Ecclesia illud aggrediatur. Stante viro ad dexteram, muliere vero ad sinistram, vultu converso ad utrumque, explicet eis Sacerdos vim, & efficaciam hujus Sacramenti, formula hujus tenoris.

Die Ehe ist nach dem Ausspruche des heiligen Paulus ein großes Sacrament
 in

in Christo, und in der Kirche. Sie ist das geheimnißvolle Sinnbild der wunderbaren Vereinigung Jesu Christi mit seiner Kirche. Da ihr also diesen so wichtigen, und heiligen Stand antretet, so verpflichtet ihr euch, diesem vortrefflichen Ebenbilde nach Möglichkeit ähnlich zu werden. Der göttliche Bräutigam vereinigt euch selbst igt durch unauflöbliche Bande; er heiligt euch aber auch zugleich, und wird euch stäts die ganze Zeit eurer Wanderschaft hindurch mit seinem wohlthätigen Segen begleiten. Nur müßet ihr Sorge tragen, daß ihr die Heiligkeit der Ehe durch einen unheiligen Wandel nicht entehret, und dadurch seiner Gnaden unwürdig werdet. Der Mann soll das Weib lieben; wie Christus seine Kirche geliebet, und sich selbst für selbe dahin gegeben hat, damit er sie heiligte. Das Weib soll dem Manne unterthänig seyn;
wie

wie die Kirche Christo unterthänig ist. Liebe, Friede, und Einigkeit, nur ein Herz, und ein Sinn soll unter euch beyden seyn; eines soll des andern Last tragen, und in allen Drangsalen, und Widerwärtigkeiten des Lebens getreuer Gefährte, und Gehülfe des andern seyn. Gleichwie ihr aber mit vereinigten Kräften euer zeitliches Wohl suchet; so sollet ihr noch weit mehr beflissen seyn, eines das andere zu bessern, und zu heiligen; ja euch selbst sowohl, als euer ganzes Haus selig zu machen.

Eure Kinder, die ihr etwa überkommen werdet, sollet ihr als ein Geschenk des Himmels annehmen; als ein sehr kostbares von der Vorsehung euren Händen anvertrautes Kleinod bewahren; und durch eine gute christliche Erziehung zu wahren Anbethern, und Erben Gottes,
zu

zu würdigen Miterben Jesu Christi bilden. Sehet! dieß ist, wozu ihr euch durch das Sakrament der Ehe verpflichtet.

Sakon je po besedah svetiga Paula en velik Sakrament v' Kristusu, inu v' Zerkvi. Je skrivnosti polnu snaminje zhudniga sdrushenja Jesusa Kristusa is svojo Zerkujo. Kir tedaj ta taku imeniten, inu svet stan nastopita, se savelsheta, po vaji mozhi ti zhastitlivi podobi enaka biti. Boshji Shenin sam vaju sdrushi s' nerasveslivo veso: on vaju pak tudi posvety, inu bo vama zel zhal vajiga popotvanja svoje, dobrotlive dary vednu dajal. Le skerbita, de svetosti sakona s' nesvetim sadershanjam nezhati nesturita, inu taku njegovih guad nevredna nepostaneta. Mosh ima sheno lubiti, kakor je Kristus svojo Zerku lubil, inu se sa njo sam sebe dal, de bi taisto posvetil. She, na ima moshu podloshna biti, kakor je Zerku Kristusu podloshna. Lubesen,
myr

myr, edinost, enu serze, ena misel ima med vama biti: eden drugiga butaro nosita; v' vsih nadlogah, inu supernohtih vaju shivlenja svešta tovaršha, inu pomagauza bodita. Kakor pak s' drusheno mozhjo zhasno frezho isheta; taku ti she bol persadevaita eden drugiga bolshati, inu polvetiti; ja vaju dva, inu zelo hisho isvelizhati.

Vaju otroke, katere bota morebiti dobila, sa dar nebeshki imeta: varuita jih, kakor eni prav dragi vajim rokam isrozheni shlahtni kamen: srediti jih kristiansku, de bodo Boga spodobnu molili, erbi Boshji, inu vredni raunerbi Jesufa Kristufa postali. Glejta! to je, h' komer vaju Sakrament sakona veshe.

*Exhortatione finita perget interrogare
sponsam.*

N. Ist das noch euer endlicher, und beständiger Wille, und Meinung, mit dieser gegenwärtigen N. euch zu verehelichen,

ihc

ihr auch eheliche Treue zu halten, sie als euren eigenen Leib zu lieben, zu ernähren, und zu schützen, sie auch in keiner vorkommenden Widerwärtigkeit und Trübsal zu verlassen, sondern bey ihr zu verbleiben, und zu verharren, bis daß euch endlich beyde der Tod scheidet? so sprecht: Ja.

N. Je she vashta posledna stanovitna vola, inu misel s' to prizheozho nevesto N. v' stan lvetiga sakona stopiti? nje tudi sakonsko suestobo dershati, njo kakor svoje relo lubiti, njo rediti, inu varuvati, njo v nobenih supernostih, inu teshavah sapustiti, ampak per nji biti, inu oftati, dokler vaju sadnizh smert lozhi? taku rezite: Ja.

Postea eodem modo interrogetur Sponsa.

N. Ist ebenfalls noch euer endlicher, und beständiger Wille, und Meinung

nung

nung, mit diesem gegenwärtigen N. euch zu verhehlichen; ihm auch eheliche Treue zu halten, Ehre und Hülfe zu erzeigen, in ehrbaren und billigen Sachen unterthänig, und gehorsam zu seyn, ihn auch in keiner vorkommenden Widerwärtigkeit, und Trübsal zu verlassen, sondern bey ihm beständig zu verbleiben, und zu verharren, bis daß euch endlich beyde der Tod scheidet? so sprecht: Ja.

N. Je tudi s'he vasha posledna, stanovitna vola, inu misel s' tim prizheozhim sheninam N. v' sakon stopiti, njemu tudi sakonsko svestobo dershati, njemu zhaft, inu pomozh skasati, v' poshtenih inu pravizhnih rezheh podloshna, inu pokorna biti, njega v' nobenih supernostih, inu teshavah sapustiti, ampak stanovitnu per njemu biti, inu ostati, dokler vaju sadnizh smert lozhi? taku rezite: Ja.

Benedictio Annulorum.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℞. Qui fecit cœlum & terram.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Benedic † Domine annulos hos, quos nos in tuo nomine benedicimus †, ut qui eos gestaverint, fidelitatem integram sibi invicem tenentes in pace & voluntate tua permaneant, atque in mutua charitate semper vivant. Per Christum Dominum nostrum. ℞. Amen.

Deinde sacerdos aspergat annulos aqua benedicta in modum crucis.

Si uterque affirmat, dicat ulterius sacerdos.

Zu mehrerer Bekräftigung dieses heiligen Werkes, gebet einander die Vermählungsringe, und die Hände.

K' vezhimu poterdenju tega sveti-
ga dela , daita ti eden drugimu shenitne
parstene , inu roke.

Dum sibi annulos dant.

Nehmet hin den Ring , welcher euch
der Treue jederzeit erinnern soll , die ihr
hier einander versprechet , bis in den Tod
unverlezt zu halten.

Vsamite parsten. Ta vaju ima na
suestobo , katero si tukaj eden drugimu
oblubita , vfelej spomniti , de njo do
smerti svesto dershita.

Quid manuum conjunctio significet.

Die Zusammengebung der Hände
ist nichts anders , als daß ihr da vor
Gott , und einer christlichen Gemeinde
gleichsam mit einem Eide bestä-
tigt , keines von dem andern zu wei-
chen , wenn auch Gott eine Trübsal über

M

euch

euch schickt, sondern beständig bey einander zu bleiben, bis euch der Tod scheidet.

Sprimenje rok pomeni, de ve dva pred Bogam inu kristiansko sosesko kakor s' perseggo perterdita, de nozheta eden od drugiga jiti, aku lih Bog kako teshavo poshle, ampak de hozheta stanovitno, dokler vaju smert lozhi, skupej ostati.

Tunc amborum manus stola sua circumvolvat, atque dicat :

Ego conjungo vos in matrimonium, in nomine Patris †, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

✠. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

℞. A templo sancto tuo, quod est in Jerusalem.

✠. Kyrie eleison.

℞. Christe eleison.

✠. Kyrie eleison. Pater noster &c.

✠

✠ Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos a malo.

✠. Salvos fac servos tuos.

℞. Deus meus sperantes in te.

✠. Mitte eis domine auxilium de sancto.

℞. Et de Sion tuere eos.

✠. Esto eis domine turris fortitudinis.

℞. A facie inimici.

✠. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

✠. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Respice quæsumus Domine super hos famulos tuos, & institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti, benignus assiste; ut qui te auctore junguntur, te auxiliante ferventur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.



DE BENEDICTIONE MULIERIS POST PARTUM.

I. *Si qua puerpera post partum juxta piam ac laudabilem consuetudinem ad ecclesiam venire voluerit, pro incolumitate sua Deo gratias actura, petieritque a sacerdote benedictionem, ipse superpelliceo, & stola alba indutus; cum ministro aspergillum deferente ad fores ecclesiæ accedat, ubi illam genuflectentem, & candelam accensam in manu tenentem aqua benedicta aspergat, deinde dicat:*

V. *Adjutorium nostrum in nomine Domini.*

R. *Qui fecit cælum & terram.*

Antiphona: Hæc accipiet:

Psalm.

Psalm. Domini est terra, & plenitudo ejus; orbis terrarum & univerti, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum; & super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus, & mundo corde: qui non accepit in vano animam suam; nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino: & misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum: quærentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ.

Quis

Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.

Gloria Patri &c.

Antiphona: Hæc accipiet benedictionem a Domino, & misericordiam a Deo salutari suo; quia hæc est generatio quærentium Dominum.

2. *Deinde porrigens ad manum mulieris extremam partem stolæ, eam introducit in ecclesiam dicens:*

Ingrederè in templum Dei, adora filium beatæ Mariæ Virginis, qui tibi fœcunditatem tribuit prolis.

3. *Et ipsa ingressu genuflectit coram altari, & orat gratias agens Deo de beneficiis sibi collatis & sacerdos dicit:*

Kyrie eleison. Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster &c, *secr.*

✠. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos a malo.

✠. Salvam fac ancillam tuam Domine.

- R.** Deus meus sperantem in te.
V. Mitte ei Domine auxilium de sancto.
R. Et de Sion tuere eam.
V. Nihil proficiat inimicus in ea.
R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
V. Domine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.
V. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui per beatæ Mariæ Virginis partum fidelium parientium dolores in gaudium vertisti; respice propitius super hanc famulam tuam, ad templum sanctum tuum pro gratiarum actione lætam accedentem: & præsta, ut post hanc vitam ejusdem beatæ Mariæ meritis, & intercessione, ad æternæ beatitudinis gaudia cum prole sua pervenire me.

rea-

reatur. Per Christum Dominum nostrum Amen.

4. *Deinde illam aspergit iterum aqua benedicta in modum crucis, dicens:*

Pax, & benedictio Dei omnipotentis Patris, † & Filii, & Spiritus sancti descendat super te, & maneat semper. Amen.

5. *Puerperis non conjugatis, hæc benedictio prorsus non est impertienda.*

DE BENEDICTIONIBUS GENERATIM.

1. *Sacerdos in omni Benedictione saltem superpelliceo, & stola pro ratione temporis indutus sit.*
2. *Stando semper benedicat, & aperto capite.*
3. *Præter Benedictionem candelarum, cinerum, & palmarum, quæ pro festo purificationis B. M. V. pro die cinerum, & dominica*

Pal-

Palmarum in Missali habentur, parochus seq. benedictionum formulis licite uti poterit.

O R D O

AD FACIENDAM AQUAM BENEDICTAM.

1. *Diebus dominicis, & quodcumque opus fuerit, preparato sale, & aqua munda benedicenda in ecclesia, vel in sacristia, sacerdos superpelliceo, & stola violacea indutus, primo dicit:*

Ÿ. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℞. Qui fecit cœlum & terram.

2. *Deinde absolute incipit exorcismum salis.*

Exorcizo te creatura salis per Deum † vivum, per Deum † verum, per Deum † sanctum, per Deum, qui te per Eliseum Prophetam in aquam mitti iussit,

fit, ut saneretur sterilitas aquæ: ut efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium: & sis omnibus fumentibus te sanitas animæ & corporis: & effugiat atque discedat a loco, in quo aspersum fueris, omnis phantasia, & nequitia, vel versutia diabolicæ fraudis, omnisque Spiritus immundus adjuratus per eum, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. *R.* Amen.

O R E M U S.

Immensam clementiam tuam, omnipotens æternæ Deus, humiliter implo-
ramus, ut hanc creaturam salis, quam in usum generis humani tribuisti, benedicere †, & sanctificare † tua pietate digneris, ut sit omnibus fumentibus salus mentis, & corporis, & quidquid ex eo tactum, vel respersum fuerit, careat omni immunditia, omni-
que impugnatione spiritualis nequitiae.

Per

Per Christum Dominum nostrum. *R.*
Amen.

Exorcismus aquæ, & dicatur absolute.

Exorcizo te creatura aquæ, in nomine Dei † Patris omnipotentis, & in nomine Jesu † Christi Filii ejus domini nostri, & in virtute spiritus † sancti, ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, & ipsum inimicum eradicare, & explantare valeas cum angelis suis apostaticis: per virtutem ejusdem domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. *R.* Amen.

O R E M U S.

Deus, qui ad salutem humani generis maxima quæque sacramenta in aquarum substantia condidisti: adesto propitius invocationibus nostris, & elemento huic multimodis purificationibus præpa-

parato, virtutem tuæ benedictionis † infunde, ut creatura tua mysteriis tuis ferviens ad abigendos dæmones, morbosque pellendos divinæ gratiæ sumat effectum, ut quidquid in domibus, vel in locis fidelium hæc unda resperferit, careat omni immunditia, liberetur a noxa: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens; discedant omnes insidiæ latentis inimici, & si quid est, quod aut incolumitati habitantium invidet, aut quieti, aspersione hujus aquæ effugiat, ut salubritas per invocationem sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dominum nostrum &c.

3. *Hic mittat sal in aquam in modum crucis, dicendo semel:*

Commixtio salis, & aquæ pariter fiat: In nomine Patris †, & Filii †, & Spiritus † sancti. *R.* Amen.

✱. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

ORE-

O R E M U S.

Deus invictæ virtutis auctor, & insuperabilis imperii rex, ac semper magnificus triumphator: qui adversæ dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis sævitiam superas: qui hostiles nequitias potenter expugnas, te domine, trementes, & supplices deprecamur, ac petimus, ut hanc creaturam salis, & aquæ dignanter aspicias, benignus illustres, pietatis tuæ rore sanctifices, ut ubicumque fuerit aspersa, per invocationem sancti tui nominis, omnis infestatio immundi spiritus abigatur: terrorque venenosi serpentis procul pellatur: & præsentia sancti Spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus ubique adesse dignetur. Per Dominum &c. in unitate ejusdem &c.

4. *Post benedictionem aquæ sacerdos dominicis diebus, antequam incipiat missam, aspergit altare, deinde se, & ministros, ac populum prout in missali præscribitur.*

BENEDICTIO AGNI PASCHALIS.

Ÿ. Adjutorium nostrum in nomine
Domini.

℞. Qui fecit cœlum & terram.

Ÿ. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Deus, qui per famulum tuum Moy-
sen, in liberatione populi tui de
Ægypto, agnum occidi jussisti in
similitudinem Domini nostri Jesu Chri-
sti, & utrosque postes domorum de
sanguine ejusdem agni perungi præce-
pisti: tu bene † dicere, & sancti † fica-
re digneris hanc creaturam carnis, quam
nos famuli tui ad laudem tuam sumere
desideramus; per resurrectionem ejus-
dem

dem domini nostri Jesu Christi, qui tecum vivit & regnat in sæcula sæculorum.. *R.* Amen.

Et mox aspergat aqua benedicta.

BENEDICTIO AD QUODCUMQUE COME- STIBILE.

ŷ. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cælum & terram.

ŷ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Benedic † Domine, creaturam istam N. ut sit remedium salutare generi humano : & præsta per invocationem sancti nominis tui : ut quicumque ex ea sumperint, corporis sanitatem, & ani-
mæ

mæ tutelam percipiant. Per Christum
Dominum nostrum. Amen.

Aspergat id aqua benedicta.

**BENEDICTIONES NON-
NISI EX DELEGATIONE
EPISCOPI FACIENDÆ.**

**BENEDICTIO SACERDOTALI-
UM INDUMENTORUM IN
GENERE.**

✠. Adjutorium nostrum in nomine
Domini.

℞. Qui fecit cœlum & terram.

✠. Dominus vobiscum.

℞: Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Domine Deus omnipotens, qui ve-
stimenta Pontificibus, Sacerdotibus, &
Le-

Levitis in usum tabernaculi fœderis necessaria Moyſen famulum tuum agere juſſiſti, eumque ſpiritu ſapientiæ ad id peragendum repleviſti: hoc veſtimentum (*vel hæc veſtimenta*) in usum & cultum myſterii tui bene † dicere, ſancti † ficare, & conſe † crare digneris, atque miniſtros altaris tui, qui id (*vel ea*) induerint, ſeptiformis ſpiritus gratia dignanter repleri, atque caſtitiſtis ſtola, beata facias cum bonorum fructu operum miniſterii congruentis immortalitate veſtiri. Per Chriſtum Dominum noſtrum- R. Amen.

Deinde aſpergit ipſa inſumenta aqua benedicta.

BENEDICTIO MAPPARUM ALTARIS.

ŷ. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

N

R.

℞. Qui fecit cœlum & terram.

℥. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Exaudi, Domine, preces nostras, & hæc linteamina sacri altaris usui præparata bene † dicere, & sancti† care digneris. Per Christum Dominum nostrum. ℞. Amen.

O R E M U S.

Domine Deus omnipotens, qui Moy- sen famulum tuum ornamenta, & lin- teamina facere per quadraginta dies docuisti, quæ etiam Maria texuit, & fecit in usum ministerii, & tabernaculi fœderis: bene † dicere, sancti † ficare, & conse† crare digneris hæc linteami- na ad tegendum, involvendumque al- tare gloriosissimi filii tui Domini nostri Jesu Christi: Qui tecum vivit & regnat
in

in unitate Spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. R. Amen.

Deinde aspergit ea aqua benedicta.

BENEDICTIO

CORPORALIUM.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cælum & terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Clementissime Domine, cujus inenarrabilis est virtus, cujus mysteria arcanis mirabilibus celebrantur: tribue quæsumus, ut hoc linteamen tuæ propitiationis bene f̄dictione sanctificetur ad consecrandum super illud corpus, & sanguinem Dei, & Domini nostri Jesu

Christi Filii tui, qui tecum vivit & regnat in unitate spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. *R.* Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

**BENEDICTIO TABERNA-
CULI, SEU VASCULI PRO
SACROSANCTA EUCHARISTIA
CONSERVANDA.**

Ÿ. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cælum & terram.

Ÿ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Omnipotens sempiterne Deus, Majestatem tuam supplices deprecamur, ut vasculum hoc pro corpore Filii tui

Do-

Domini nostri Jesu Christi in eo condendo fabricatum, bene † dictionis tuæ gratia dicare digneris. Per eundem Dominum &c. R. Amen.

Deinde aspergit illud aqua benedicta.

R I T U S BENEDICENDI NOVAM EC- CLESIAM.

1. *Sacerdos novam ecclesiam de licentia Episcopi benedicturus, ut in ea divinum sacrificium missæ rite celebretur, stola ac pluviæ albi coloris indutus, aliquot sacerdotibus, & Clericis adhibitis, prælata cruce media inter duos Clericos deferentes cereos accensos, mane procedit ad primariam ecclesiæ januam, ubi stans capite aperto conversus ad eam, dicit absolute orationem:*

Actiones nostras, quæsumus Domine, aspirando præveni, & adjuvando prosequere: ut cuncta nostra oratio, & opera.

operatio a te semper incipiat, & per te cœpta finiatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde inchoat Antiphonam: Asperges me Domine &c. & Clerus alternatim dicit Psalmum: Miserere mei Deus; ut folio 141. in fine: Gloria Patri.

2. *Interim circumdant exterius ecclesiam (quæ intus debet esse vacua, & nuda, & pariter altaria nuda, excluso populo, donec absoluta sit benedictio) & Sacerdos accepto aspergillo ex herba hyssopi ad ejus dexteram se convertens, parietes ecclesiæ in superiori parte, & in fundamentis aqua benedicta aspergit dicens: Asperges me Domine, hyssopo, & mundabor; lavabis me & super nivem dealbabor. Reversi ad locum, unde processio initium habuit, repetita Antiphona a Clero, sacerdos stans, ut prius, versus ecclesiam dicit: Oremus, & ministri: Flectamus genua, R. Levate.*

ORE.

O R E M U S.

Domine Deus, qui licet cœlo, & terra non capiaris, domum tamen dignaris habere in terris, ubi nomen tuum jugiter invocetur: locum hunc, quæsumus, beatæ Mariæ semper Virginis, & beati N. omniumque sanctorum intercedentibus meritis, sereno pietatis tuæ intuitu visita, & per infusionem gratiæ tuæ ab omni inquinamento purifica, purificatumque conserva; & qui dilecti tui David devotionem in filii sui Salomonis opere complevisti, in hoc opere desideria nostra perficere digneris; effugiantque omnes hinc nequitiae spirituales. Per Dominum nostrum &c.

3. *Qua finita oratione omnes bini in ecclesiam intrantes ad altare majus procedunt, litanias OO. SS. decantantes, ut in brevuario habentur.*
4. *Ubi dictum fuerit, Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare*

nare digneris, te rogamus audi nos, *surgit sacerdos, & intelligibili voce dicit: Ut hanc ecclesiam, & altare ad honorem tuum, & nomen sancti tui N purgare & beneddicere digneris, te rogamus audi nos: cum dicit: benedicere, manu dextera benedicit ecclesiam, & altare, deinde, ut prius genuflectit, donec perficiantur litanie, & cantores profequuntur.*

Ut nos exaudire digneris, te rogamus audi nos. Agnus Dei &c.

5. *Dicto ultimo Kyrie eleison, sacerdos stans dicit: Oremus. Ministri: Flectamus genua. R. Levate.*

Præveniat nos, quæsumus Domine, misericordia tua, & intercedentibus omnibus sanctis tuis, voces nostras clementia tuæ propitiationis anticipet. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

6. *Tum distans ab altari congruenti spatio genuflexus, & se signans dicit: Deus in adjutorium meum intende, &*
sta-

statim surgit Clero respondente; Domine ad adjuvandum me festina: *ipse vero stans dicit*: Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. *Chorus respondet*: Sicut erat in principio &c.

7. *Postea sacerdos dicit*: Oremus. *Ministri*: Flectamus genua. *R.* Levate.

Omnipotens, & misericors Deus, qui sacerdotibus tuis tantam præ cæteris gratiam contulisti, ut quidquid in tuo nomine digne perfecteque ab eis agitur, a te fieri credatur: quæsumus immensam clementiam tuam, ut quidquid modo visitaturi sumus, visites; & quidquid benedicturi sumus, bene † dicas: sitque ad nostræ humilitatis introitum, sanctorum tuorum meritis, fuga dæmonum, Angeli pacis ingressus. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum &c.

8. *His dictis, inchoat Antiphonam*: Benedic Domine, domum istam nomini tuo
ædi-

ædificatam, cum tribus *psalmis* sequentibus.

Psalmus CXIX.

Ad Dominum cum tribularer clamavi:
& exaudivit me.

Domine libera animam meam a
labiis iniquis, & a lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi, ad linguam dolosam?

Sagittæ potentis acutæ; cum carbonibus desolatoriis.

Heu mihi, quia incolatus meus
prolongatus est: habitavi cum habitantibus
Cedar: multum incola fuit anima
mea.

Cum his, qui oderunt pacem, eram
pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Gloria Patri &c.

Psalmus CXX.

Levavi oculos meos in montes, unde
veniet auxilium mihi.

Auxi-

Auxilium meum a Domino: qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet, qui custodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua, super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te; neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum: ex hoc nunc & usque in sæculum.

Gloria Patri &c.

Psalmus CXXI.

Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri: in atriis tuis Jerusalem.

Jerusalem, quæ ædificatur ut civitas: cujus participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus domini: testimonium Israel ad confitendum nomini domini.

Quia illic sederunt sedes in judicio, sedes super domum David.

Rogate quæ ad pacem sunt Jerusalem, & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & proximos meos: loquebar pacem de te.

Propter domum domini Dei nostri: quæsi vi bona tibi.

Gloria Patri &c.

Antiphona: Benedic domine, domum istam nomini tuo ædificatam.

9. *Interim aspergit interius parietes in parte superiori, & inferiori, inchoans aspersionem a parte Evangelii, dicens:*

Asperges me Domine, &c. tum ad altare reversus dicit: Oremus. *Ministri.*

Flectamus genua. R. Levate.

Deus

Deus, qui loca nomini tuo dicanda sanctificas, effunde super hanc orationis domum gratiam tuam, ut ab omnibus hic nomen tuum invocantibus auxilium tuæ misericordiæ sentiatur. Per Dominum nostrum Jesum Christum &c. Amen.

10. *His peractis dicitur Missa de tempore occurrenti, vel de sancto.*
11. *Ecclesia vero, quamvis a simplici sacerdote, ut supra, sit benedicta, ab Episcopo tamen consecranda est.*

R I T U S

BENEDICENDI NOVUM COEMETERIUM.

1. *Pridie quam fiat benedictio, ponitur in medio cæmeterii benedicendi lignea crux, alta ad staturam hominis, & ante ipsam crucem in terra figitur paxillus tridens*
lig-

ligneus altus ad cubitum unum, aptus ad affigendum illi tres candelas.

2. *Sequenti die mane sacerdos in Sacrificia paratus amictu, alba, cingulo, stola, & pluviâ albi coloris, adhibitis aliquot sacerdotibus & Clericis indutis superpelliceis, qui deferant vasculum aquæ benedictæ, aspergillum & thuribulum cum incensi navicula, & hoc rituali libro, & tribus candelis cereis præcedit ad cœmeterium benedicendum ante crucem in medio positam, & affiguntur, & accenduntur tres candelæ super ligneum paxillum & sacerdos ante crucem, & candelas, stans discooperto capite, dicit:*

O R E M U S.

Omnipotens Deus, qui es custos animarum, & tutela salutis, fides credentium, respice propitius ad nostræ servitutis officium, & ad introitum nostrum purgetur, bene † dicatur, & sancti†ficetur hoc cœmeterium, ut humana corpora hic post vitæ cursum quiescentia,

in

in magno iudicii die simul cum fidelibus animabus mereantur adipisci vitæ perennis gaudia. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

3. *Mox ante ipsam crucem omnes flexis genibus dicunt Litanias ordinarias, incipiente cantore, cæteris respondentibus, & cum dictum fuerit. Ut omnibus fidelibus defunctis, &c. te rogamus audi nos.*
4. *Sacerdos surgit, & clara voce dicit, producens manu signum crucis: ut hoc cæmeterium purgare, & benedi-
†
cere digueris, te rogamus audi nos. Deinde sacerdos, ut prius, genuflectit, & litanie perficiuntur.*
5. *Quibus finitis surgunt omnes, & sacerdos crucem aspergit aqua benedicta, dicens Antiphonam; Asperges me, Domine, hyssopo, & mundabor, lavabis me, & super nivem dealbabor. Psalm. Miserere mei Deus, &c. dicitur totus ab astantibus cum Gloria Patri, &c. ut felic, 141. quo dicto repetitur antiphona.*

Dum

Dum dicitur Psalmus, sacerdos circuit, & perambulat totum cœmeterium, incipiens ad ejus dexteram aspergens ubique aqua benedicta; quo factò, redit ante crucem, & ad ipsam respiciens, dicit:

O R E M U S.

Deus, qui es totius orbis conditor, & humani generis redemptor, cunctarumque creaturarum visibilium, & invisibilium perfectus dispositio, te supplici voce, ac puro corde exposcimus, ut hoc cœmeterium, in quo famulorum, famularumque tuarum corpora quiescere debent post curricula hujus vitæ labentia, pur † gare, bene † dicere, & sancti † ficare digneris: quique remissionem omnium peccatorum per tuam magnam misericordiam in te confidentibus præstitisti, corporibus quoque eorum in hoc cœmeterio quiescentibus, & tubam primi Archangeli expectantibus, consolationem perpetuam largiter impertire. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

6. *Tunc figit in summitate crucis unam ex tribus candelis ardentibus, & alias duas similiter ardentem in duobus brachiis ejusdem crucis. Deinde incensat ipsam crucem, & aspergens aqua benedicta, redit cum ministris in sacristiam.*

ORDO SUPPLICATIONIS FESTO CORPORIS CHRISTI.

Omibus tempestive paratis officiator indutus pluviali albi coloris stans in supremo gradu altaris, imponit incensum, nec benedicit, dein descendens flectit in infimo gradu, & incensat sacramentum; postea accepto circa collum velo ascendit, & sumpto de manibus Diaconi ostensorio ad populum versus cantat:

Pange lingua gloriosi.

O

Pro

Prosequente Choro hymnum & data populo cum Venerabili benedictione, officiator caute admodum & reverenter procedat, donec veniens ad primum altare Sanctissimum super substratum corporale deponat, & genuflexus adoret. Deinde incensum imponat, & Sanctissimum incenset. Veniat inde ad ipsum unus ex Diaconis, vel sacerdotibus librum Evangeliorum ambabus manibus ante pectus tenens, & benedictionem flexis genibus ab eo petat dicens:

Jube domne benedicere.

Officiator: Dominus sit in corde tuo, & in labiis tuis, ut digne pronunties Evangelium ejus. Pax tecum.

Diaconus: Et cum spiritu tuo.

Deinde unctis ante pectus manibus cantet

Diaconus: Dominus vobiscum.

Chorus: Et cum spiritu tuo.

Diaconus: Initium sancti Evangelii secundum Matthæum.

Chorus: Gloria tibi Domine!

Diaconus signat librum cruce, & incensat, deinde prosequitur.

Liber generationis Jesu Christi Filii David, Filii Abraham. Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Jacob, Jacob autem genuit Judam, & fratres ejus. Judas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Efron, Efron autem genuit Aram, Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naafon, Naafon autem genuit Salmon, Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth, Obed autem genuit Jesse, Jesse autem genuit David Regem. David autem rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Uriæ. Salomon autem genuit Roboam, Roboam autem genuit Abiam, Abias autem genuit Afa, Afa autem genuit Jofaphat, Jofaphat autem genuit Joram, Joram autem genuit Oziam. Ozias autem genuit Joathan, Joathan autem genuit Achaz, Achaz autem genuit Ezechiam, Ezechias autem genuit Manaffen, Ma-

nasses autem genuit Amon, Amon autem genuit Josiam. Josias autem genuit Jechoniam, & fratres ejus in transmigratione Babylonis. Et post transmigrationem Babylonis, Jechonias genuit Salathiel, Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud, Abiud autem genuit Eliacim, Eliacim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc, Sadoc autem genuit Achim, Achim autem genuit Eliud, Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan, Mathan autem genuit Jacob. Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.

*Finito evangelio textus decantatus
Officiatori osculandus exhibeatur, quem
oscaletur dicens:*

Per istos sermones sancti evangelii & intercessionem sancti Evangelistæ Matthæi indulgeat nobis Dominus noster Jesus Christus universa delicta nostra. Amen.

Tunc

*Tunc omnes genuflectant, & cantata
prius a Choro antiphona dicat*

Officiator: Domine non secundum peccata nostra facias nobis.

Chorus: Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

Q R E M U S.

Deus, qui culpa offenderis, & pœnitentia placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Posthæc Officiator stans incensum imponat, dein genuflexus sacramentum incenset, illudque postea a Diacono sibi porrectum manu apprehendat & cantet:

✓. Sit nomen Domini benedictum.

R. Ex hoc nunc & usque in sæculum.

✓. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R.

R. Qui fecit cœlum & terram.

Deinde vertit se ad populum formans cum sacratissimo Sacramento unicum signum crucis, & cantat:

Benedictio Dei omnipotentis Patris †, & Filii, & Spiritus sancti, descendat super vos, locum istum, & fruges terræ, & maneat semper.

Chorus: Amen.

Deinde continuante choro hymnum proceditur ad secundum altare, ubi omnibus, ut supra observatis, cantat Diaconus.

℣. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Initium sancti Evangelii secundum Marcum.

Initium Evangelii Jesu Christi Filii Dei, sicut scriptum est in Isaia Propheeta. Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Vox clamantis in deserto,

to, parate viam Domini, rectas facite semitas ejus. Fuit Joannes in deserto baptizans, & prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Et egrediebatur ad eum omnis Judææ regio, & Jerosolymitæ universi, & baptizabantur ab illo in Jordanis flumine, confitentes peccata sua. Et erat Joannes vestitus pilis camelorum, & zona pellicea circa lumbos ejus; & locustas & mel sylvestre edebat. Et prædicabat, dicens: veniet fortior me post me, cujus non sum dignus procumbens solvere corrigiam calceamentorum ejus. Ego baptizavi vos aqua, ille vero baptizabit vos Spiritu sancto.

Hoc finito Officiator librum evangeliorum deosculans dicit:

Per istos sermones sancti Evangelii, & intercessionem sancti Evangelistæ Marci, indulgeat nobis Dominus noster Jesus Christus universa delicta nostra.
Amen.

Dein-

Deinde cantatur a Choro Antiphona.

Da pacem Domine ! in diebus nostris, quia non est alius, qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster.

Post hæc officiator :

ŷ. Fiat pax in virtute tua.

℞. Et abundantia in turribus tuis.

O R E M U S.

Deus, a quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera : da servis tuis illam, quam mundus dare non potest pacem, ut & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Christum Dnum nostrum.
℞. Amen.

His peractis detur benedictio, ut supra.

Dein-

Deinde proceditur ad tertium altare, ubi omnibus ut supra observatis cantat Diaconus.

✠. Dominus vobiscum.

✠. Et cum spiritu tuo.

Initium sancti Evangelii secundum
Lucam.

Fuit in diebus Herodis, regis Judææ, sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia, & uxor illius de filiabus Aaron, & nomen ejus Elisabeth. Erant autem justi ambo ante Deum incedentes in omnibus mandatis, & justificationibus Domini sine querela, & non erat illis filius, eo quod esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem, cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ ante Deum, secundum consuetudinem sacerdotii, forte exiit, ut incensum poneret ingressus in templum Domini: & omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi. Apparuit autem illi Angelus Domini, stans

stans a dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est, videns, & timor irruit super eum. Ait autem ad illum Angelus: ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua, & uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Joannem, & erit gaudium tibi, & exultatio, & multi in nativitate ejus gaudebunt. Erit enim magnus coram Domino, & vinum, & ficeram non bibet, & spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ, & multos filiorum Israel convertet ad Dominum Deum ipsorum. Et ipse præcedet ante illum in spiritu, & virtute Eliæ: ut convertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam justorum parare Domino plebem perfectam.

*Officiator librum Evangeliorum deosculans
dicit:*

Per istos sermones sancti evangelii,
& per intercessionem sancti Evangelistæ
Lucæ, indulgeat nobis Dominus noster
Jesus

Jesus Christus universa delicta nostra.
Amen.

*Antiphona post Evangelium ad placitum,
deinde dicit Officiator:*

✠. Dominus dabit benignitatem.

✠. Et terra dabit fructum suum.

O R E M U S.

Clementiam tuam omnipotens Deus, suppliciter deprecamur, ut benedicere, vilitare, & irrigare digneris fruges, & fines servorum tuorum, noxias tempestates amoveas, inundationem coerceas imbrum, spiritales repellas nequitias, aerem salubrem indulgeas, ab omni nos inimicorum infestatione in pace defendas, quos corpore & sanguine filii tui a morte perpetua redemisti. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat, in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.
✠. Amen.

Data,

*Data, ut supra, benedictione proceditur
ad quartum Evangelium, ubi Diaconus
modo præscripto cantat :*

✠. Dominus vobiscum.

✠. Et cum spiritu tuo.

Initium sancti Evangelii secundum
Joannem.

In principio erat verbum, & verbum
erat apud Deum, & Deus erat verbum.
Hoc erat in principio apud Deum, om-
nia per ipsum facta sunt, & sine ipso
factum est nihil, quod factum est. In
ipso vita erat, & vita erat lux homi-
num : & lux in tenebris lucet, & tene-
bræ eam non comprehenderunt. Fuit
homo missus a Deo, cui nomen erat
Joannes. Hic venit in testimonium, ut
testimonium perhiberet de lumine, ut
omnes crederent per illum. Non erat
ille lux, sed ut testimonium perhiberet
de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat
omnem hominem venientem in hunc
mundum. In mundo erat, & mundus
per

per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine ejus. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. (*hic genuflectitur*) Et verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a patre plenum gratiæ & veritatis.

Officiator iterum osculatur textum cantatum dicendo :

Per istos sermones sancti Evangelii, & per intercessionem sancti Evangelistæ Joannis, indulgeat nobis Dominus noster Jesus Christus universa delicta nostra. Amen.

Cantatur antiphona ad placitum, deinde Officiator :

Ÿ. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

℞. Et salutare tuum da nobis.

O R E M U S.

Parce Domine! parce populo tuo, & nullis nos patiaris adverſitatibus, bellis, morbis, tempeſtatibus, ac periculis fatigari, quos pretioſo filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti corpore & ſanguine redemiſti. Per eundem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Data benedictione proceſſio ad eccleſiam reducitur, ubi Officiator cum Sacramento ſupremum altaris gradum aſcendit, illudque ſuper corporale collocatum incenſat; deinde cum eodem ad populum converſus cantat hymni ſequentia verba.

Tan-

Collecta

*in Supplicatione theophorica orationi:
Parce Domine, post quartum Evange-
lium Folio 222 in rituali Labacensi po-
sitæ sub una conclusione adjungen-
da.*

TE Domine supplices deprecamur,
ut Dominum Apostolicum, et omnes
ecclesiasticos ordines in sancta reli-
gione conservare, Imperatorem no-
strum N. totamque domum Austria-
cam protegere, optimates, et popu-
lum istius Provinciæ gratiæ Tuæ donis
augere digneris. Per eundem D. N.
I. C. &c.

Collected

is a collection of the most
valuable and interesting
documents and papers
of the late President
of the United States

THE
PUBLISHED BY
THE
LIBRARY OF THE
CONGRESS
WASHINGTON
D. C.

Tantum ergo Sacramentum.

Chorus reliquum versiculi prosequitur, dein iterum Officiator cantat:

Genitori, Genitoque.

Et dum Chorus prosequendo versiculum canit (sic & benedictio) Officiator cum Sacramento format super populum unicum signum crucis. His peractis ostensorium cum sanctissimo Sacramento in tabernaculo recondit.

FORMULA PROFESSIONIS FIDEI CATHOLICÆ.

Im Nahmen der allerheiligsten Dreifaltigkeit, des Vaters, und des Sohns, und des heiligen Geistes. Ich N. bekenne, und glaube alles, und jedes, so in dem Glaubensbekenntnisse, dessen sich die heilige

lige

lige römische Kirche bey der Messe bedient, enthalten ist. Welches also lautet:

Ich glaube an einen Gott, Vater, allmächtigen Schöpfer Himmels und der Erde, aller sichtbaren, und unsichtbaren Dinge: und an einen Herrn Jesum Christum den eingebornen Sohn Gottes, der aus dem Vater von Ewigkeit geborn, Gott von Gott, Licht vom Lichte, ein wahrer Gott vom wahren Gott, zwar gezeuget, aber nicht erschaffen, und einerley Wesen mit dem Vater ist; durch den alle Dinge erschaffen worden sind; Der wegen uns Menschen, und um unsers Heils willen vom Himmel herabgestiegen ist, durch die Kraft des heiligen Geistes aus Maria der Jungfrau Fleisch an sich genommen hat, und Mensch geworden ist; Der auch für uns unter Pontio Pilato gekreuziget worden, gelitten hat, gestorben,

ben, und begraben worden ist. Der am dritten Tage laut der heiligen Schrift wieder auferstanden, und gegen Himmel aufgefahren ist, wo er sitzt zur Rechten des Vaters, und wieder kommen wird mit Herrlichkeit zu richten die Lebendigen, und die Todten; dessen Reichs kein Ende seyn wird. Ich glaube auch an den heiligen, herrschenden, und lebendigmachenden Geist, der vom Vater, und Sohne ausgeht, der mit dem Vater und Sohne zugleich angebethet, und verherrlichtet wird, der durch die Propheten geredet hat. Ich glaube auch eine einige, heilige, katholische, und apostolische Kirche. Ich bekenne eine Taufe zur Vergebung der Sünden, und erwarte die Auferstehung der Todten, und ein Leben der zukünftigen Zeit, Amen.

Ich nehme der heiligen Apostel, und der katholischen Kirche sämtliche Ueber-

Lieferungslehren, Verordnungen, und
 Satzungen an. Die heilige Schrift be-
 langend, pflichte ich in Auslegung der-
 selben allezeit nur jenem Sinne bei, den
 die heilige Mutterkirche von jeher gehal-
 ten hat, und noch hält, als der es zusteht,
 über den ächten Verstand, und die rich-
 tige Auslegung der heiligen Schrift das
 Urtheil zu fällen. Ich will auch gemel-
 dete Schrift allezeit nach der überein-
 stimmenden Lehre der heiligen Väter er-
 klären.

Ich glaube, und bekenne auch, daß
 wahrhaftig, und eigentlich sieben Sakra-
 mente des neuen Gesetzes, vom Christo
 Jesu unsern Herrn eingesetzt, und über-
 haupt zum Heile des Menschengeschlech-
 tes sehr (wiewohl nicht alle einem jeden
 Menschen insonderheit) nothwendig sind,
 als die Taufe, die Firmung, das Sas-
cra-

